

cooperantem portantem faciam idem. Cum ergo Angelus sit substantia agens libere potest aliud movere (secum). Ad secundam dico, quod illa maior, quæ est famosa in multis materiis, non est rationabilis. Nam esse in, nullam habitudinem essentialiæ dependentiam essentialiæ ad illud, in quo est: esse autem ab dicit dependentiam essentialiæ ad illud, a quo est aliquid, quæ igitur rationabilis, quod plura possunt esse ab eodem, & eodem modo, & non possunt plura esse in eodem, eodem modo *essendi in*? quare enim plus repugnant respectus accidentalis unius rationis, quam dependentia essentialis unius rationis? Similiter habent temporalia eundem respectum ad tempus, sicut locata ad locum. Ex hoc ergo videtur sequi, quod non possunt plura temporalia esse in eodem tempore, quod videtur absurdum. Quod autem adducitur de duobus corporibus gloriosis, & de duobus diis, si simul essent; si verum esset, oporteret aliunde probare, quam ex ratione ejus, quod est esse in loco, eodem modo *essendi in*; quia ex hoc non videtur esse repugnantia aliqua simultatis.

QUESTIO NONA.

Utrum Angelus possit moveri de loco ad locum motu continuo?

Primo arguitur, quod non possit moveri: quia motus est actus in entis in potentia secundum quod in potentia, (a) ex 3. *Physicorum*, ubi dicitur, vel locus non est actus Angeli, nec perfectio; quia omnis perfectio videtur esse nobilior perfectibili aliquo modo: non sic autem ubi, respectu naturæ Angelicæ. Secundo quod non possit moveri motu continuo arguitur, & primo in communi, quod nihil successivum fit continuum. & hoc duplici via probatur. Prima ex hoc, quod omne tale componitur ex indivisibilibus. Secunda, quia componitur ex minimis. Primam consequentiam probat Philosophus 6. *Physicorum*, (b) quia indivisibile non potest continui indivisibili, cum non habeat ultimum. Antecedens illud, scilicet, quod successivum componatur ex indivisibilibus, probatur dupliciter. Primo, quia dividitur in indivisibilia: igitur componitur ex eis. Probatio hujus antecedentis, possibile est ipsam dividi in illa omnia, in quæ est divisibile: subiectum videtur includere prædicatum hujus propositionis: & ex hoc videtur ulterius possibile ipsum esse divisum in omnibus, in quibus ipsum possibile est dividi. (c) Ista consequentia probatur per illud. 6. *Physicorum*, (d) *Quod impossibile est factum esse, impossibile est fieri*. & tertio Metaphysicor. 2. de generatione dicit Philosophus idem. Ulterius ista de possibili ponatur in esse, & sequetur; igitur est actus divisum in illa omnia, in quæ possibile est ipsam dividi, & ex hoc sequitur, quod est divisum in indivisibilia, quia si non; non est divisum in omnibus, in quibus pos-

set

set dividi: quia adhuc potest ulterius dividi in partes illorum divisibilium.

Secundo probatur idem, quia successivi nihil est actus nisi indivisibile: quia si aliquid ejus divisibile esset actus, tunc simul esset successivum, & non esset successivum, illo igitur indivisibili non existente actus, sed raptim transiente, quæro quod succedit sibi? Si aliquid indivisibile succedit sibi in continuo, hæretur propositum, quod indivisibile fit immediatum indivisibili; & sic continuum erit compositum ex indivisibilibus. Si non succedit sibi aliquid indivisibile: igitur tunc non erit actus, nam indivisibile ejus non est actus, & sicut assumptum est, successivum non est in actu, nisi quia aliquid indivisibile ejus est: igitur, &c.

Secunda via est, quia componitur ex minimis: igitur non est continuum. Consequentia probatur, quia minimum simpliciter, quo scilicet nihil est minus ipso, non habet partem ex qua sit, quia tunc illa esset minor eo: igitur est omnino non quantum, quia omne quantum habet partem minorem se. (a) Sed non quantum non potest continuari non quante; ergo minimum non potest continuari. Antecedens probatur, & auctoritatis, & ratione. Primo auctoritate Philosophi 1. *Physicorum*, (b) ubi rationes fixæ videntur contra Anaxagoram inniti illi principio, quod est accipere minimum naturale, ut minimum carnem, vel minimum ignem; sed secundum ipsum 6. *Physicorum*, (c) ejusdem rationis est ipsum motum, & magnitudinem, & tempus componi ex indivisibilibus, & dividi in eis: igitur oportebit ponere minimum motum, & minimum tempus, sicut perquam minimum. Idem videtur haberi a Philosopho, secundo de anima, ubi vult, quod omnium natura constantium, (d) determinata est ratio magnitudinis, & augmenti. Non solum autem permanentia sunt naturalia, sed etiam successiva: igitur habent determinatam parvitatem, & magnitudinem. Patet idem etiam per Philosophum in de Sensu, & Sensato, in illa prima dubitatione, ubi videtur velle, quod passionæ naturales non sunt divisibiles in infinitum. Et hoc videtur probare, quia tunc sensum videretur posse intendi in infinitum; quia ad percipiendum minimum indivisibile requiritur actus sensus in infinitum. Ratione autem probatur secundo idem antecedens ex hoc, quod est dare primam partem motus; igitur, & minimum. Consequentia patet, quia si quilibet pars haberet minorem partem se, haberet etiam aliquid sui prius aliquo sui in infinitum. Antecedens illud de primitate, scilicet quod contingat dare primam partem motus ostenditur auctoritatis Philosophi 1. *Physicorum*, (e) 2. ubi dicit Philo. Non enim si partibile in infinitum est quod alteratur, propter hoc, (e) & alteratio: sed velox fit, sicut multoties deusatio. Ubi habet Commentator subito, & exponit, hoc est, in instanti, & non in tempore.

G 4

Et

a Text. c. 6. 10. b Text. c. 1. c Arg. Democ. Vide c. 1. de Ge. 118. d T. c. 92. T. c. 12. T. c. 64.

a 6. Physic. in princ. b Text. 36. & 33. c Text. 4. & 17. d Text. c. 41. e Text. c. 23. in 8. com. 3. T. c. 52.

Et quasi obicit contra se, quia videtur hoc repugnare illi, quod dicitur in 6 scilicet, quod ante omne moveri est mutatum esse: & ante omne mutatum esse est moveri. Et respondet solvendo, quod illud ibi intelligitur de motu inquantum continuus est, & divisibilis: istud autem intelligitur hic de motu inquantum est generatus, sive productus ad actum. (a) Ad istam intentionem videtur Philosophus premisisse quoddam exemplum de guttis, quod non est necesse, si multæ guttæ aliquam partem amoverent de lapide, penetrando lapidem quod etiam qualibet gutta aliquid amoveret, & quod semper pars amoveatur ante partem, & sed aliquando totam simul amoveret. Quando igitur dicitur, tot guttæ amovent de lapide tantum in aliquo tempore, pars autem illarum in nullo tempore tantum amovet, exemplificat, sicut nulli trahunt navem, nullus autem per se etiam in multo tempore, traheret eam, videtur ergo innuere, quod post aliquas guttas, tandem tota pars lapidis simul amoveatur. Et ita est in alteratione; quod non semper pars sequitur partem, sed quandoque alteratio tota simul fit. Expressius hoc dicit in secunda duratione de Sensu, & Senfatu, ubi vult, quod non oportet, quod similiter sit in alteratione, & latitudo. Contingit enim aliquid simul totum alterari, & non dimidium prius, vel utrumque simul totum coagulari, utramque si fuerit multum quod calcit, aut coagulari, habitum ab habito pariter. Primum autem ab ipso faciente transmutati, & simul alterari, & subito est necesse. Idem probatur per rationem, quia inrer contradictoria non est medium: igitur inter non esse forme inducende per motum, & esse ipsam, non est medium, non esse autem ipsius tunc in ultimo instanti forme præcedentis; igitur inter istud instans, & illud quod mensurat esse forme succedentis, non est medium, sed si nullum esset primum, inter esse forme inducende per motum, & non esse istius, esset medium: ergo ibi est dare primum, & illud primum non esset minimum in se, nisi esset indivisibile. Ex ista primitate probata concluditur, quod illud primum fit minima pars: non enim potest istud primum esse indivisibile, quia Philosophus 6 Physic. ostendit b, quod non contingit accipere primam mutationem in motu. Tertio principaliter arguitur, quod Angelus non potest moveri, quia est indivisibilis. Probat enim Philosophus 6 Physic. c. 2. & penultimo, quod nullum indivisibile potest moveri. (c) Hoc probat ex intentione: & illam rationem, quam tacit cap. 2. replicat capitulo penultimo, quia omne, quod movetur, partim est in termino a quo, & partim in termino ad quem, quando enim totaliter est in termino a quo, non movetur, sed quiescit: quando autem est in termino ad quem, totaliter motum est, indivisibile autem non potest esse in uno termino partim, & partim in alio: quia non habet partem, & partem: igitur, Sec. Secunda ratio sita est cap. penultimo, quia omne s, quod movetur, prius pertransit spatium sibi æquale (d), vel minus quam majus: sed indivisibile non po-

a Ubi sup. in 2. b Tex. c. 46. & seq. c Tex. c. 7. & 31. Tex. c. 8. & 10. d. Metaph. c. 2. & 3. Ideo anima 1. 69. d Tex. c. 8. &

potest prius pertransire minus se: igitur pertransit prius æquale, quam majus se, & pertransiendo semper spatium sibi æquale, pertransibit totum continuum supra quod movetur: igitur illud componetur ex indivisibilibus æqualibus indivisibili motu, consequens est falsum: ergo, & antecedens. Tertia ratio sua videtur esse, quia omnis motus est in tempore sicut prius probavit in eodem 6 Physic. (a) & omni tempore erit accipere minus tempus; in quo minori potest minus mobile moveri: igitur omni mobili, potest accipi minus mobile in infinitum, & ita nullum indivisibile est mobile. (b) Quarto principaliter arguitur, quod non possit moveri localiter continue, quia non habet resistentiam, quia sicut dicit Commentator super 4. Physic. cap. de Vacuo successio in motu est ex resistentia mobilis ad motorem; vel mediæ ad mobile: vel mediæ ad motorem: nulla istarum resistentiarum est in proposito, non enim Angelus resistit medio, nec e converso, nec sibi ipsi, ut motori. Et confirmatur ratio, quia secundum ipsum, grave in vacuo movetur in non tempore: quia ibi nulla est resistentia, quæ posset causare successione in motu, non autem magis resistit Angelus sibi, vel medio, quam grave vacuo (c), vel vacuum gravi: si poneretur ergo, &c. Item, per rationem Philosophi ibi, arguit enim sic. Quæ est proportio mediæ ad medium in subtilitate, & densitate, eadem est proportio motus ad motum in velocitate, & tarditate, sed nulla est proportio vacui ad plenum in subtilitate: igitur nec motus ad motum (d) in velocitate, & tarditate, sed omnis motus possibilis ad omnem motum possibilem, potest esse aliqua proportio in velocitate; igitur nullus motus est possibilis in vacuo, sed aliquis est possibilis in pleno. Sicut ipse arguit ex patto mediæ, ita potest argui in proposito. Nam cæteris paribus, quæ est proportio motus ad motum in velocitate, eadem est proportio Angeli ad corpus in subtilitate: sed nulla est proportio Angeli ad corpus in subtilitate; igitur, &c. sicut in ratione sua.

Alla ratio sua est ibi, quia si in vacuo fiat motus, accipitur aliud corpus plenum subtile in tanta proportione excedere aliud corpus in subtilitate, in quanta tempus motus vacui, minus est quam tempus motus pleni, per illud medium plenum subtilius erit motus æqualis motui in vacuo, quod habet per impossibile. Ita potest in proposito argui ex parte mobilium: si enim Angelus quantumcumque velocius moveatur, quam corpus, accipitur aliquod corpus subtilius, quam corpus illud datum in tanta proportione, in quanta tempus motus Angelus est tempore motus corporis dati; illud corpus in tali proportione subtilius in æquali tempore movebitur cum Angelo. Ad oppositum videtur esse Damascen. ibi. cap. 3. ubi vult (e), quod non sunt simul in Cælo, & in terra, & frequenter mittuntur in terram, ut appareat per scripturam.

Ad

a Tex. c. 90. b Vid. 1. cap. 37. 50. 60. & 74. Vide 4. & 5. Physic. idem c. 71. c T. c. 72. d Ibid. 1. c. 72. & 73. e Isa. 6. Tob. 5. & Luc. 1. Greg. 5. moral. c. 27.


Ad questionem dico, quod sic, quia omne receptivum formatum, alioquin generis, quod non est ex se determinatum ad aliquam unam illorum formarum, nec est illimitatum ad illas, potest moveri, sive mutari ab una illatum formatum ad aliam. Ista propositio patet per se, quia subiectum includit prædicatum: sed Angelus est receptivus alicujus ubi distinctivè, licet non circumscriptivè, sicut patet prius in prima questione de locatione Angelicæ: nec est illimitatus ad omnia ubi, quia non est immensus: ergo potest mutari ab uno ubi ad aliud. Et quod continue patet, quia inter duo, ubi, sunt infinita ubi media: quod probatur ex continuo motu corporis per omnia illa ubi: per omnia autem illa potest Angelus transire ita, quod in nullo illorum ubi sit nisi indivisibiliter, & per consequens non potest omnia illa pertransire, nisi continue moveatur. Hoc etiam confirmatur, quia anima beata aquabitur Angelis iuxta promissum Salvatoris Matth. 21. *Erunt sicut Angeli* (a): anima autem beata moveatur, immo anima Christi Beatissima movebatur localiter, quia descendit ad inferos, sicut dicit articulus fidei: patet etiam ex scriptura, quod Angeli mittantur quandoque cum corpore assumpto, & sic tunc cum corpore movebatur videtur, quod tunc fuerit aliqua motio passiva ipsorum, & alia formaliter aliquid ipsius corporis. Similiter credibile est, quod frequenter missi sint sine corpore, sicut de illo missio (b) ad Ioseph de conceptu Beate Mariæ dubitantur.

Ad argumenta quælibet dico, quod non est inconveniens omne causatum, quantumcumque sit perfectum (damnum tamen non habeat in essentia seu omnem perfectionem) esse capax, vel potentiale respectu alicujus perfectionis, licet illa absolute minor sit sua natura: sicut Angelus habet intellectum, quæ est perfectio potentie intellectivæ: & tamen intellectus est simpliciter ignobilior, sive imperfectior natura Angelica, & ita potest concedi de ubi, vel præsentia corporali cum Angelo, quod sit aliqua perfectio Angeli: sicut aliquis actus dicitur perfectio, sed longè ignobilior illa natura, cui inest. Ad secundum, nego illud, quod assumitur, scilicet nullum successivum est continuum: Antecedens etiam, quod assumitur ad eius probationem, scilicet, quod componatur ex indivisibilibus, nego, & eius falsitatem probat rationem Philosophi. Physicæ de proportionibus æstimalibus (c), quæ plus convincit ad veritatem: licet forte aliquæ rationes ejus magis sint a causa, quia supponit, quod in quacunque proportionem possit motus accipi velocior omni motu dato: & per consequens motu aliquo dato mensurato trahit instantibus, erit accipere motum in duplo velociorem, qui mensuratur, vel mensurabitur instanti cum dimidio.

Itud etiam de successivo, probat per contrarietatem permanentis, quia permanentis est continuum: igitur & successivum, consequentiam probat. Quia fit in motu (d), indivisibilia sunt sibi invicem immediata, quæro de mobili, & ipsi ubi, quæ habet in ipsi instantibus im-

a Gen. 18 & Tob. b Matt. 1. c Text. 23. & 29.
d 6. Physicæ. 6. 4. & inde.

immediatis. Si inter ultimum unius ubi, & alterius, nihil sit medium; igitur ultimum unius immediatum est ultimo alterius. Si inter illa duo ubi sit aliquid medium, quæro de ultimo ipsius mobilis, quando est in ipso medio? non in altero instanti, quia nec in illis duobus indivisibilibus; est igitur in medio aliquo inter illa duo instantia; ergo illa duo instantia non erant immediata, & istam consequentiam declarat Philosophus sextæ Physicæ. (a), quod scilicet ejusdem rationis est motum & magnitudinem, & tempus potest poni ex indivisibilibus. Antecedens probari potest manifestè de permanentibus, quam de successivis per rationes Philosophi. 6. Physicæ. (b) quia magis est evidens, & manifestum: quod indivisibilia permanentia non faciunt majusquam de indivisibilibus sibi invicem succedentibus. Tamen efficaciùs probatur antecedens illud per duas rationes vel per duas probationes Geometricas, quarum prima est ista.



Super centrum quodlibet, quantumlibet occupando spatium, contigit circumulum designare, secundum illam petitionem secundam primi Euclidis. Super centrum igitur aliquod datum, quod dicatur A, describantur duo circuli, major, qui dicatur B. & minor, qui dicatur D, si circumferentia majoris componatur ex punctis, duo puncta immediata sibi adjacentur, quæ sint B. & C. dicatur linea recta ab A. ad B. & linea recta ab A.

ad C. secundam illam primam petitionem primi Euclidis; & puncto ad punctum contigit lineam rectam ducere. Iste linea recta ducta, transibit per circumferentiam minoris circuli: Quæro, aut fecerunt eam in eodem puncto, aut in alio. Si in alio, igitur tot puncta erunt in minori circulo, sicut in majori: sed impossibile est, duo inæqualia componi ex partibus æqualibus in magnitudine, & in multitudine, punctus enim non excedit punctum in magnitudine, & puncta in circumferentia circuli minoris sunt tot, quot in circumferentia circuli majoris: ergo minor circumferentia est æqualis majori, & per consequens pars est æqualis toti. Si autem duæ rectæ lineæ A. B. & A. C. fecerit minorem circumferentiam in eodem puncto; sit ille D. super lineam A. B. erigatur linea recta secans, scilicet eam in puncto D. quæ sit D. E. quæ sit etiam contingens respectu minoris circuli, ex decimoquinto tertii Euclidis; ista cum linea A. B. constituit duos rectos angulos, vel æquales duobus rectis, ex decimotertio, primi Euclidis: igitur angulus A. D. C. & etiam angulus B. D. E. valent duos rectos: patet ratione angulus A. D. E. & angulus C. D. E. valent duos rectos: sed quicumque duo anguli recti sunt æquales quibuscunque duobus rectis, ex tertia propositione primi Euclidis: igitur dempto communi, scilicet A. D. E. reliqua erunt æqualia, igitur angulus


a Text. 4. b Videtur de Gen. 18. & 7. Met. 1. 16.

gulus B. D. E. erit aequalis angulo C. D. E. & ita pars erit aequalis toti.


Ad istud diceret adversarius, quod D. B. & D. C. non includunt aliquem angulum: quia posset tunc illi angulo basis subpretendi a puncto. B. ad punctum. C. quod est oppositum positi; quia B. C. ponuntur puncta immediata: quando ergo accipitur, quod angulus C. D. E. est totalis ad angulum, B. D. E. negatur: quia angulo B. D. E. nihil additur in angulo C. D. E. quia inter B. & C. in concursu eorum in D. non est angulus. Ista responsio licet videatur absurda, negando angulum, ubi duae lineae concurrunt, quae expanduntur super superficiem, & applicantur non directe; & in hoc contradicatur definitioni anguli, primi Euclidis, negando etiam a B. in C. lineam posse duci, neque primam petitionem primi Euclidis; tamen quia haec non reputantur inconuenientia, quia sequuntur ad propositum: contra responsionem aliter argui, angulus C. D. E. includit totum angulum B. D. E. & addit saltem, punctum, licet proteruiam, quod non addit angulum. & punctus, est pars: igitur angulus C. D. E. addit super angulum B. D. E. partem aliquam; igitur est totum ad illud. Assumptum patet, quia si angulus dicatur spatium interceptum inter lineas, non includendo lineas, tunc punctus primae lineae B. D. extra circumferentiam minorum nihil erit anguli B. D. E. & est aliquid anguli C. D. E. Si autem angulus ultra spatium includitur, includit lineam includentem: & tunc primus punctus lineae D. C. extra circumferentiam minorum, nihil erit anguli B. D. E. & est aliquid anguli C. D. E. & ita utroque modo angulus C. D. E. addit punctum super angulum B. D. E. Nec potest aliquo modo obuiari demonstrationi principali, quasi in illa circumferentia non incipiant lineae dividi a se, sed alibi propinquius centro, vel remotius. Quia ubique hoc posueris: ibi desoribam circumferentiam minorum. Iltam secundam partem, scilicet, quod minor circumferentia non fecerit in uno eodem puncto, si fecerit a duabus lineis, non oporteret probare, nisi propter proteruiam adversarii, quia satis est manifestum, quod eadem linea, si protrahatur in continuum, & directum, nunquam terminabitur ex eadem parte ad duo puncta. Et si istud manifestum verum conceditur, statim ex deductione in prima parte patet propositum. Secunda probatio est ex quinta, & septima decimi Euclidis. Dicit enim illa quinta, quod omnium quantitarum commensurabilium proportio est ad invicem, sicut alicuius numeri ad aliquem numerum: & per consequens sicut vult septima, si lineae aliquae sint commensurabiles, quadrata illarum se habebunt ad invicem, sicut unus numerus quadratus ad aliquem aliam quadratum: quadratum autem Diametri non se habet ad quadratum costae, sicut unus numerus aliquis quadratus ad alium numerum quadratum (a): igitur nec linea illa, quae erat Diameter quadrati commensurabilis erit costae istius quadrati. Minor huius patet ex penulti. primi, quod quadratum Diametri est duplex ad qua

quadrat una costae pro toto, quod est aequale quadratis duarum costarum, nullus autem numerus quadratus est duplex ad alium numerum quadratum, sicut patet discernendo per omnes quadratos ex quibuscunque radicibus in se ductis.

Ex hoc patet ista conclusio, quod Diameter est Assimmetr. costae, id est incommensurabilis. Si autem lineae istae componerentur ex punctis non essent incommensurabiles, haberent enim se puncta unius ad puncta alterius in aliqua proportione numerali: nec solum sequeretur, quod non essent incommensurabiles linea: sed etiam quod essent aequales, quod est plane contra sensum.




trinum, & directum; illo quo trahatur linea in contadecadent extra utramque lineam istam ex dextris, & ab illo puncto ducae aequo distentem lineam: dare, & est trigesimo primo, Primi.



opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis: igitur inter duo puncta prima in Diametro, non est punctum medium, immo generaliter totus decimus Euclidis destruit illam compositionem lineae ex punctis: quia nulla est ratio omnino licet irrationalis, sine funda, cum tamen principaliter tractet ibi de irrationalibus, sicut patet, ibi de multis speciebus irrationalis linea: quas assumpit.

Ex eodem etiam apparet improbatum altitius antecedentis, de partibus minimis, quia ut illud minimum posset praecise terminare lineam indivisibilem simpliciter, aut posset intercepti inter terminos duarum linearum. Si primo modo, minimum ponitur simpliciter partibus

indivisibilis: & tunc est idem ponere isto modo minimum, & simpliciter indivisibile pro parte. Si secundo modo, ducatur igitur due linee pertractate a centro ad terminos tali minimum in circumferentia majori, ita quod includat præcisè tale minimum in ista circumferentia tunc quæro, aut includunt aliquid minimum in circumferentia minoris: aut præcisè nihil includunt, sed omnino habent idem indivisibile continuum. Si primo modo, igitur erunt tota minima in minori circulo, quæ sunt in majori: etiam igitur æquales.



Si secundo modo, sequitur, quod circumferentia minor fecerit in uno puncto a duabus rectis lineis exiuntibus ab eodem puncto: quod est improbatum in primo membro, immo sequitur absurdum, scilicet, quod linea ille in circumferentia majori, includat illud minimum, & ducatur a termino unus ad terminum alterius linea recta secundum primam petitionem primæ, & tunc illa erit basis trianguli duorum laterum, & per consequens poterit dividi in duo æqualia ex declino primæ: & ita non erat minimum, quod datum est esse minimum, immo ulterius ducatur aliqua linea æque distans illi basi trianguli, illa erit minor illa base, ex 21. primæ: & ita erit aliquid minus minimo, similiter ista positio, sive uno modo, sive alio modo (si tamen intelligatur tale quid, quod non habet partem, & partem in toto) concludit commenturabilitatem Diametri ad costam, immo æqualitatem, sicut deductum est prius contra primam opinionem.

Ad ista argumenta responderetur (a), quod non concludunt contra minimum secundum formam: & ita ponitur minimum secundum formam, non autem secundum materiam: & habetur ista distinctio a Philosopho, primo de Generatione cap. de augmentatione, ubi vult quod pars secundum speciem qualibet augeatur, & non secundum materiam. Istud dictum tripliciter intelligi potest, vel quod pars secundum speciem dicatur pars secundum formam; pars autem secundum materiam dicatur pars quanti, inquantum quanta est: quia quantitas consequitur materiam; & tunc reddit in quoddam antiquum dictum, scilicet, quod quanta secundum quod quanta sunt divisibilia in infinitum, non autem secundum quod naturalia. Vel potest intelligi pars secundum speciem, quæ potest per se esse in actu, & pars secundum materiam dicatur pars secundum potentiam, videlicet pars ut existit in toto, & tunc reddit in idem cum alio dicto antiquo, quod est dare minimum, quod potest per se existere: non autem est minimum in toto, quo non est minus existens in eo, in potentia. Aut potest intelligi tertio modo, discordando ab istis duobus dictis antiquis, quod sit in aliquo, ut minima pars formæ, sive totus inquantum habet formam:

Et non

a *Ægid. quodl. 96. § quodl. 6. q. 17. vide Var. hic. Tom. 1. 435. vid. com. 2. Physic. c. 72. ad fin.*

Et non minima pars aliqua materie, aut totius secundum materiam; & tunc videtur maniche talium, quia nulla pars materie in toto est sine forma in actu, nec etiam una forma epistemic rationis in totis homogeneis, immo ibi sicut totum dividitur in partes homogeneas, ita materia per accidens, & forma per accidens dividitur in partes suas homogeneas: & eo modo, quo est minimum totus est minimum utriusque partæ, & e converso.

Obstituendo igitur istum tertium intellectum, illos alios duos intellectus excludendo, ostendo, quod non impediunt probationes præcedentes. Primo quidem hic arguo contra primam viam, auctoritate Commentatoris super tertio *Physicorum* (a), super illud, *¶ videmus Plat. Comment. 1.* quæro cum ibi. Secundo Aristot. de Sensu, & Sen. in dubitatione illa prima, ubi allegatur in oppositum, ibi enim licet dubitationem illam obicere solvat; hoc tamen certum dicit, quod qualitates sensibiles sunt determinate secundum speciem, quod præbat, quia ubi extrema sunt posita, necesse est media esse finita: in omni autem genere qualitatium sensibilibus extrema sunt posita: quia contraria. Sed quæcumque una qualitate singulari, utrum ipsa habeat terminabilitatem in se, videtur dicere; quod non: quia existunt eum continuitate, ideo habent aliud in actu; aliud in potentia, sicut continuum: hoc est, sicut continuum unum est per se in actu, & plura in potentia, in qua per se est divisibile: ita qualitas sensibilibus, ut existens in continuo, est una in actu, & plures in potentia; licet per accidens: & tunc deducta potentialitate quanti per se ad actum, reducitur etiam potentialitas passionis per accidens ad actum, ita quod nunquam quantitas per divisionem dividitur in quanta Mathematica, quia sicut ipse arguebat ad questionem, quod naturale non componitur ex partibus Mathematicis, sed naturalibus: ita etiam in tales partes dividitur. Qualiter autem non facit ad propositum, patet respondendo.

Istud etiam, ad quod adducit sunt auctoritates Commentatoris, & Aristotelis probatur per rationes, quia quando aliqua passio convenit alicui præcisè secundum aliquam rationem: cuiuscunque convenit æqualiter secundum illam rationem, eidem convenit simpliciter æqualiter: sicut videtur natura est præcisè competere animali secundum oculos, & non secundum manus, cuiuscunque æqualiter convenit secundum oculos, ei simpliciter æqualiter convenit, licet non conveniat ei secundum manus: sed dividi in partes integrales eisdem rationis extensas, nulli convenit nisi per quantitatem figuratam, nec maximo naturali magis, quam minimo: igitur cum minimum conveniat secundum istam rationem: ita simpliciter convenit minimo, sicut maximo.

Quod si dicatur, quod forma minima prohibet istud quod competere ex quantitate quantum est ex parte quantitatis. Contra, si per consequentia aliquæ sunt incompatibiles, & illa ad quæ conse-

quæ.

a *Videc. 60. 68. & 69. 3. Physic. ad propos.*

quantur illa, sunt incompossibilia: & multo magis si illa, qua sunt de essentiali ratione aliquorum, sunt incompossibilia, & ipsa erant sed divisibilitas in tales partes, vel essentialiter consequitur quantitatem, vel est de per se ratione ejus, sicut Philosophus assignat rationem ejus talem *quinto Metaphysicorum*, (a) igitur cuiusque formae ponitur illud incompossibile, ei est quantitas incompossibilis: & ita simpliciter non erit illud divisibile in quantum quantum, & ita simpliciter non est quantum.

Hoc etiam probatur, quia non est intelligibile aliquid esse quantum, quin fit ex partibus: nec quod fit ex partibus: quin pars fit minor toto, & ita non est intelligibile quod aliquid sit quantum indivisibile, ita quod non fit aliquid in eo minus eo, inexistens; nec etiam potest poni aliqua caro simpliciter indivisibilis in tota carne; quia sicut punctus separatus non faceret quantum separatum, ita nec caro punctualis, si esset cum alia, faceret aliquid majus, nec continuum, nec continuum. Unde ita improbant rationes Philosophi *6. Physicorum*. indivisibilitatem partis alicujus rei naturalis, sicut alieus partis quanti in quantum quantum. De eo igitur, quod ita responso de naturali, secundum quod quantum, & secundum quod naturale, si potest habere aliquam veritatem, debet intelligi affirmando, & negando rationem formalem divisibilitatis: ita quod illa responso, qua dicit, quod dividitur in quantum quantum, dicit, quod dividitur per rationem quantitatis, tanquam per rationem formalem divisionis: & illa qua dicit, quod non dividitur in quantum naturale, negat naturalitatem esse rationem formalem hujus divisionis. Sicut si diceretur, quod animal in quantum habet oculos videt, non in quantum habet manus, Ille intellectus veteris est: sed ex hoc non sequitur, quod simpliciter ei non conveniat, quod convenit ei secundum quantitatem, non enim per naturalitatem concurrentem impeditur illud, quod convenit naturaliter quantitati: sicut nec per manus concurrentes in animali, tollitur illud, quod convenit ei simpliciter secundum oculos, ita igitur absolute est omne naturale divisibile in semper divisibile in infinitum. Sicut si illa quantitas, qua est cum forma naturali, esset per se sine omni forma naturali: & ita omnes rationes, que procedunt de quantitate absolute secundum rationem quantitatis, concludunt de ea, ut est in naturalibus, quia divisibilitas est passio naturalis ejus, & ex consequenti dicitur de naturali, cujus est hanc passio.

Secunda responso non videtur excludere rationes predictas, quin totum non esset compositum ex indivisibilibus, vel ex minimis partibus in toto: tamen videtur posse poni minimum in motu, pro eo, quod pars motus per se est, antequam fit aliquid ulterius totius: & illa pars formae secundum quam est motus, precedit omnes alias partes illius formae, non tantum natura, sed etiam duratione: & ita tunc videtur esse per se, & non in toto: si igitur sit minimum in natura.

turalibus, quod possit per se esse, videtur esse minima pars formae, qua potest induci per motum, & ita minimus motus. Sed contra illam responso arguo, quia sicut essentialis est quanto posse dividi in partes, ita est ei essentialis, quod singulum eorum, in qua dividitur possit esse hoc aliquid: igitur nulli eorum repugnat per se esse. Confirmatur ratio, & ita consequentia, tum quia partes illae sunt ejusdem rationis, quantum ad formam, & materiam cum toto: igitur possunt habere per se existentiam, sicut & totum potest. Tum, quia si essent per se, essent individua ejusdem speciei, cujus totum est individuum. Absurdum autem videtur, quod aliquid habeat in se naturam illam, unde sit individuum, vel possit esse individuum alicujus speciei; ita quod simpliciter non repugnet tibi posse esse individuum illius, & sibi repugnet posse esse simpliciter: & hoc saltem de illis, que non sunt accidentia. Loquimur enim modo de substantiis homogeneis, que non inhaerent essentialiter: tum etiam quia partes sunt naturaliter priores toto: igitur non repugnat eis contradictorie posse esse priores duratione ipso toto, sicut quia repugnat ipsi toti esse prius natura hoc modo, ita sibi repugnat contradictorie ex parte sui esse prius duratione. Videtur ergo, quod ad hoc dicendum, quod, sicut forma naturalis non tollit toto naturale, quin ita sit totum semper divisibile per quantitatem: sicut quantitas esset, si sola esset; ita etiam non tollit, quin quodlibet divinum possit per se esse, quantum ex se est; & ex parte sui, sicut possit quaelibet pars quantitativa, in quam divideretur quantum.

Et si dicit, quod statim converteretur in continens. Ista responso non videtur esse ad intellectum questionis, quoniam enim minimum potens per se esse ex ratione intrinseca, hoc est, cui per aliquid intrinsecum repugnat contradictorie minus eo per se esse: nulla autem ratio hujus impossibilitatis intrinseca assignatur, si totum corruptur, & circumscriptur enim omne continens, & omne corruptivum, & quod aqua sola sit in universo, quaeunque aqua data dividatur, quia hoc est possibile, ut probatum est contra primam responso: ista, in qua fit divisio, non erunt nihil, quia hoc est contra rationem divisionis: nec erunt non aqua ex sola ratione divisionis, quia tunc aqua componeretur ex non aqua. Non etiam repugnat forma aquae illa parvitas, qua parvitas est contra aqua parva praesens, licet in toto: nec per ipsam divisionem corruptur aqua, quia circumscriptum est omne corruptivum ex hypothesi: non videtur igitur aliqua ratio intrinseca, quare naturali repugnet, quin semper quocumque per se existente possit aliquid minus eo per se existere: licet ratio extrinseca forte impeditiva talis per se existentiae assignetur contrarietas corruptivis.

Arguo etiam contra utramque responso finalem, quia neutra salvat minimum in motu propter quod improbandum ratio est alicuius ter procedens deductio, licet enim medium in motu locali non possit cedere mobili, nisi esset naturale: tamen si per impossibile medium Mathematicum possit cedere mobili Mathematico, vero esset successus.

fo in motu tali propter divisiuitatem modi, prius enim pertransi-
rat mobile priorem partem spatii, quam posteriorem. Etiam modo,
sicut per accidens est in loco, ex parte locati, inquantum locatum
est; quod habet qualitates naturales, sicut patet per Philos. 4. *Phy-
sic.* (a) de cubo: & per accidens ex parte loci, inquantum locus est,
quod habet qualitates naturales, ex quest. 1. de loco, quia licet
naturalitas conveniat locanti, tamen per accidens convenit loco: ita
etiam licet necessario, tamen omnino per accidens convenit motui
secundum locum, sive motui secundum ubi, quod est in loco per
se, inquantum respicitur per locum, quod qualitas naturalis fit in
ipso motu, vel quod sit in illo, secundum quod est motus, sive in
magnitudine, super quam le motus per se: igitur ratio successione
est quantitas, vel in magnitudine, vel in mobili, vel in utroque. Ex
hoc destruitur prima responsio, quod non faciat proximimo motu;
quia ex quo, secundum eam, non est accipere in eo minimum secundum
quod quantum, & successio est in motu locali per se, ex ratio-
ne aliquid inquantum quantum; sequitur quod in motu locali nullo
modo potest esse minimum, & ita nec in aliis motibus, quia licet non
ita immediate concedatur de alteratione, si ponitur motus, vel suc-
cessio secundum formam: tamen sequitur per locum a maiori negati-
ve, nullus enim motus velocior est latiore, & ita nullus potest habere
(b) partes indivisibiles, si sisse necessario habeat partes divisibiles.
Ex eodem etiam destruitur secunda responsio, quod non faciat pro-
ximimo motu: quia in magnitudine, super quam est motus, non
est accipere minimam partem inexistentem: igitur nec minimum
transitum super illam magnitudinem, quia illo minimo transitu oportet
pertransire minimam partem magnitudinis. Secunda etiam
responsio, quantum ad minimum motum, destruitur etiam per alia.
Primo, quia quantum movens est presens, & vincens, super motum
non potest poni illa ratio extrinseca, propter quam negatur tale mi-
nimimum posse per se esse, scilicet presentia corruptivi: quia pre-
senta movens, & producentis tale minimum tunc vincit omne con-
trarium corruptivum. Similiter quodcumque datum minimum in
successivis posse esse in fluendo, hoc est minimum ibi simpliciter esse
in toto; quia pars successivi non habet aliud esse in toto: quam unam
partem fluere ante aliam partem, que partes fluentes integrant totum,
sicut igitur in toto permanente, hoc est, partem esse in toto,
est partem permanentem esse: continuum alteri parti permanenti in
toto: ita in successivo, partem esse in toto, est partem fluentem
continuari alteri parti fluenti.

Nec igitur improbatum illis duabus deductionibus antecedentibus,
respondendum ad et probationes adductas pro eis. Ad primam dicitur
quod licet possibile sit continuum posse dividi secundum omne
signam: non tamen est possibile divinum esse; quia ista divisio est in
potentia, & in fieri, & nunquam potest esse tota in facto esse, &
tunc

tunc ad illas probationes adductas in oppositum, conceditur de qua-
cumque una potentia ad unam actionem, non tamen de infinitis ac-
tionibus, cum quarum una reducta ad actum; necessario fiat aliquid
non reducta ad actum, ita est in proposito, quod sunt infinitae po-
tentiae ad infinita divisi: cum quarum una reducta ad actum, neces-
sario fiat alia non reducta ad actum: & ideo licet concedatur possi-
bilitas ad dividi: non tamen ad divisi. Confirmatur ista respo-
nsio per Aver. super 3. *Phys.* ubi assignat rationem illius probatio-
nis Phil. quantum contingit magnitudinem esse in potentia, tantum
contingit esse in actu. Non sic in numeris, propter hoc, quod omnes
illa potentiae, quae sunt ad partes magnitudinis, sunt potentiae eju-
dem potentialitatis, & ejuendem rationis, sunt potentiae eju-
istud: sequitur per te: continuum potest dividi secundum A. igitur
possibile est ipsum esse divinum secundum A. & ita de B. & C. & quo-
cumque alio singulari, & hoc determinato, vel indeterminato: quia
nulla una divisio potest esse, quae non potest esse completa: igitur
omnes singulares antecedentis inferunt omnes singulares consequen-
tis: igitur antecedens inferit consequens, & potest dividi in infinitum;
ergo possibile est divisionem esse iam factam in actu in infinita. Quod
si dicit singularia consequens repugnare; non autem singularia an-
tecedentis: contra ex compossibilibus nunquam sequuntur incom-
possibilia: sed ex singularibus illis sequuntur illa, patet inductive;
igitur, &c. Sed responderetur, quod ista propositio, possibile est conti-
num dividi secundum quolibet signum: potest distingui secundum
compositionem, & divisionem, ut esset sensus compositionis iste:
quod haec propositio est possibilis, possibile est continuum dividi se-
cundum quolibet signum, sensus autem divisionis est, quod in conti-
nua est dividi posse ad quodcumque signum, quod signum potest
secundum saltus. Vel potest distingui secundum, quod signum potest
distribuiere divisivae, vel collectivae. Postet etiam distingui, quod pro-
positio falsa, quia notaretur esse una potentia ad attributionem praedi-
cati; si sequeretur, esset vera, quia notaretur potentia multiplicari
ad multiplicationem subiecti. Itae responsiones non videntur nullum
Logice. Tertia non; quia modus compositionis, puta possibilitas,
non videtur posse distribui ad plures possibilitates, sive impossibilitates
pro pluribus instantibus possibilibus; vel impossibilibus, seu incom-
possibilibus; & non notaretur praedicatum unius subiecto pro aliquo
loco, nisi accepto hoc signo, omnis, in plurali, sicut ibi, Omnes
Apostoli Dei sunt duodecim; nec responsio prima videtur valere, quia
necesse est accipiendo extrema pro eodem tempore, vel pro alio, quod
possibilitas dicat modus compositionis unientis extrema. Omitting
longas, & prolixas evasiones illarum improbationum, dico, quod ista
propositio signat unionem praedicati cum subiecto possibiliter pro al-
quo uno nunc, licet illud nunc, sit indeterminatum, & tunc illa expo-
sicio esset vera, si talis ampliatio compositionis, possit fieri virtute pos-

ita quod ad veritatem universalis, ejus subiectum distribuitur per quodcumque, sufficit singulari attributio predicati cuiusque singulari, ita quod non omnis singulari sumi, sed cuiusque indifferenter: & non oportet quod alius *omnis* autem non sic significat, sed significat subiectum simul accipi pro quolibet respectu predicati. De hoc autem signo *quolibet*: est dubium, utrum significet idem cum eo, quod est *omnis*, vel cum eo quod est *quicumque*. Et quodcumque horum ponatur, dicendum est de illo, sicut de illo, cui æquivalet, cum tamen de intellectu constat, non est vis faciendum in nomine.

Ad secundam probationem illius antecedens dicitur, quod indivisibile nihil est, nisi carentia continui, ita quod nihil formaliter est instanti, nisi carentia successione continui, & ita punctus est carentia longitudinalis, & nihil positivum dicitur, & tunc neganda esset illa propositio, quod successivum præcisè habet esse (a) quia sunt indivisibilia sic: imo præcisè habet esse successivum, quia pars eius fluit, & non quia indivisibile ejus sit aliquid positive. Pro ista positione videtur multa facere. Primo, quia posita sola ratione continui, circumscripto omni absoluto, videtur esse terminatum si non sit infinitum, nec videtur, quod possit Deus separare finitatem a linea: nec per consequens punctum, quod non videtur esse probabile, si punctus esset alia essentia absoluta a linea. (b) Similiter si esset dux essentia absoluta, non videtur possibile, quomodo fieret aliquid unum ex eis, nisi unum alteri accideret, non enim sunt unum secundum identitatem præteritam: quia pro nuntur dux essentia absolute: nec unum tertium compositum ex eis: quia neutrum respectu alterius est actus, aut potentia. Similiter indivisibile habet esse, & non esse absque generatione, (c) & corruptione: quia si in medio linea continuè est tantum unus punctus, ipsa autem divisa sunt duo puncti in actu: igitur est ibi aliquis punctus, qui non præstat, qui est sine generatione, & sine corruptione, non videtur probabile, quod dividens generaverit ibi aliquam essentiam absolutam: similiter de figura incisionis, videtur per Authorem lex Principiorum, quod non sit aliquid positive dictum: & tamen ibi est superficies in actu, quæ prius non fuit in actu. (d) Sed contra istud, tunc sequitur, quod generatio substantiæ, quæ non est per se terminus continui, nihil erit, vel saltem in nihilo: quia non est ejus aliqua mensura positiva: & ita est de illuminatione, & de omnibus mutationibus subiectis, quæ non sunt per se termini motuum, & sunt in instanti, sicut nihil in nihilo, vel privatio continuïtatis in privatione continuïtatis, tamen de istis videtur absurdum, quia non sunt per se termini continuïtatis aliquid continui, quia nihil fuit continui, nec positive, nec privative. (e) Præterea, secundum Philosophum 1. Posterior. ratio li-

lineæ est ex punctis, hoc est, in ratione essentiali lineæ, cadit punctus, quæ ratio dicitur de linea primo modo dicendi per se: nulla autem privatio pertinet per se ad rationem essentialiæ positivæ: igitur, &c.

Præterea, ex eodem sequitur, quod si punctus tantum est privatio, quod etiam linea tantum erit privatio, & superficies, & corpus, semper enim terminatum diffinitur per terminum, & positivum non includit essentialiter privationem. Similiter sequitur idem propter alterud: quia tunc linea tantum erit carentia longitudinalis, (a) & superficies tantum carentia profunditatis, & tunc non erit nisi unica dimensio, quæ ponetur corpus; cum tamen illa dimensio, quæ dicitur profunditatis, possit alio respectu dici latitudo. Iste enim tres dimensiones distinguunt secundum imaginationem trium linearum, se intersectantium in eodem puncto. Ex hoc infertur ulterius inconveniens, quod si superficies est tantum privatio profunditatis, quomodo erit punctus nisi privatio privationis? Nihil enim videtur privare privationem, nisi formalem positivum. Præterea, secundum superficiem insunt multe qualitates corporales, & sensibiles, ut videtur: ergo non est tantum privatio. Antecedens probatur de coloribus, & figuris, quorum utrumque est per se visibile, & per consequens positivum. Figura etiam propriissime sequitur speciem, sicut determinativa organizationis corporis humani, & ideo videtur accidens manifestativum speciei: non autem videtur probabile, entitatem positivam talis consuetudinis speciem naturaliter, & manifestantem eam, includere essentialiter, vel pro subiecto habere immediate privationem. Si autem hæc solutio omnia, redeundo ad secundam probationem aliter dicitur, quod indivisibile, per quod successivum habet esse, est tantum in potentia. Hoc nihil juvat, quia eodem modo, quo habet esse in toto quando cadit, quæ, quod ibi succedat, si aliud indivisibile, hæc argueruntur si non tunc successivum non erit.

Respondeo ad argumentum, quod eo cedente, succedit pars continua fluens, & non indivisibile immediate, nec aliquid immediate, nisi sicut continuum est immediatum indivisibili. Et si obicit, ergo non semper habet tempus esse uniformiter, & æqualiter, quia quando illud instans positivum est, tempus est, quia suum indivisibile est: illo autem transacto immediate non est, quia aliquid ejus in divisibile non est. Respondeo, sicut linea non uniformiter habet esse ubique, prout ubique, distribuitur pro partibus lineæ, & indivisibilibus lineæ, quia in istis scilicet partibus habet esse, ut in ultimis: & in illis, scilicet in punctis, ut in terminis, & tamen ubique est uniformiter secundum quod, ubique distribuitur præcisè pro istis vel præcisè pro illis, ita est in proposito, si semper distribuit præcisè pro indivisibilibus, vel præcisè pro partibus, tunc uniformiter habet esse: sed si pro utriusque simul, non habet esse uniformiter. Ad

^a Opinio nomin. vide. Oecb. in tract. de Enc. & quodlib. 1. q. 9.
^b Quare Paulam super 1. Phys. & alibi. c. In prem. vid.
^c Phys. text. c. 1. d. Cassar. Oct. 9. 1. art. 2. de Buch. hoc
 solvitur & Text. 9.

probationem alterius antecedentis (a), de partibus minimis: Respondedo, ad primam dico, quod Philosophus contra Anaxagoram satis habet si per ablationem a toto minoretur totum: ita quod non sensu per possit de eo aequali abstrahi, oportebit enim Anaxagoram dicere, sicut imponit sibi Philosophus, quod ficta segregatione a carne cuiuscunque generabilis de carne, adhuc remaneret caro tanta, ut ex ea posset ulterius segregari, seu generari quodcunque generabile: & hoc est impossibile, quia quantumcunque caro potest in infinitum dividi, & minorari, saltem non remaneret tanta, ut possit ex ea quodcunque generabile generari: quia generabile quodcunque requirit quantitatem determinatam illius, ex quo generatur, maxime si generatio sit tantum segregatio vel motus localis seu latioris, quod imponitur Anaxagora: & ultra quantitatem illam omnem, ex qua generatur, minueretur caro per continuum segregationem aliorum ex ipsa. Non ergo propter intentionem Philosophi ibi oportet ponere minimum in naturalibus, etiam separatum per se existens, nec in toto. Ad alud Philosophi de Sensu, & Sensato, dico, quod passiones sunt divisibiles quantumcunque: ita quod nunquam quantum possit dividi, nisi divisa passione sensibili: & tamen non dividitur in infinitum, in quantum sensibilis, id est, in quantum est perceptibilis a sensu, sicut ipse vult ibi, quod pars quantumcunque minima potest esse sensibilis virtute, licet non a ratione, hoc est, quod ipsa in toto potest cooperari aliis partibus ad sensum immutandum; & licet possit fieri diviso in eam, etiam per se existens, non tamen immutaretur sensum. Et tunc patet ad argumentum eius, quod adducit in oppositum, quod sensus crescit in infinitum, si ponatur, &c. Verum est, si sensibilis in quantum adu perceptibile a sensu, potest dividi in infinitum: non autem sequitur, si illud quod est sensibile potest dividi in infinitum.

Ad aliud de secundo de Anima, patet, quod loquitur de quantitate naturali augmentabilis, & diminubilis, quod concedo, quia illa quantitas cuiuscunque naturali perfecta est determinata in majus, & minus, loquendo de illa quantitate, in qua naturaliter producit, aut sinit ad minus in animatis, loquendo de illa quantitate, ad quam procedit diminutio. Philosophus tamen non loquitur ibi nisi de termino augmentabilis, & augmentis: & ideo precise in illo loco incedit Philosophus, quod quantitas perfecta cuiuscunque rei naturalis, est determinata in majus: ex quo habet propositum suum, quod intendit probare, scilicet quod ignis non est principium augmentans in aliqua generatione, vel in aliqua specie. Oportet enim principale agens in aliqua specie, esse determinatum ad quantitatem perfectam illius speciei, ut illam solum producat, & non ultra illam: ignis autem non est determinatus ad quantitatem determinatam in aliqua specie, quia quantum est ex se, produceret majus quantum, quia crescit in infinitum, si opponatur combustibilia in infinitum. Et cum probatur illud ante-

antecedens de minimo, per hoc, quod convenit accipere primum in motu, posset consequentia negari, quia illi, qui dixerunt primum in motu, dixerunt mutationem primam esse partem motus. Tamen nego primum utroque modo, & primum motum, & mutationem primam, quia Philosophus 6. Physic. ex intentione ostendit oppositum (a), scilicet quod omne moveri precedit mutationem ignis in infinitum, & e contrario. Et persuadetur hoc sic, quia si ignis causaret aliquid primum in motu, pari ratione posset causare aequali illi simul cum eo immediatum: & ita ut necesse esset ingerere, quod inter primum causatum simul, & secundum aequali illi, oporteret quoscunque agens: & ita motus componeretur ex moribus, & quibuslibet intermediis, aut oporteret agens post primum inductum, & quibuslibet intermediis, aut oporteret quod videtur valde irrationabile, quia cum sit aequalis virtutis, & aequae approximatum passo, sicut potest aliquid gradum simul causatum primum simul inducere: ita illo inducto, potest inducere ipsum totum simul: & ita componeretur totus motus immediate ex mutationibus immediatis, vel ex mutationibus sive motibus, & quibuslibet intermediis.

Est ergo iste procellus (b), si forma (sub esse quieto, & sub aliqua immutatione) corrumpenda per motum, puta in alteratione sub calore in esse quieto, huius inquam, immutationis est accipere ultimum, scilicet immutationem terminativam: quia mobile se habet nunc indivisibiliter, sicut prius divisibiliter: & hoc est immutari, sicut mutari est aliter se habere nunc indivisibiliter, quam prius divisibiliter, ideo autem est sub eadem forma (sub qua quiescit) in instanti immutationis: quia tunc agens, quod debet ipsum movere, nihil erit prius, nec nunc agit circa ipsum, ab illo instanti incipit movere illud mobile, & hoc successivo, vel propter partes mobiles, quia nulla pars mobilis est aequae propinqua agenti, sed pars propinquior altera parte in infinitum, & solum punctus mobilis est in toto immediatus agenti, & ille non est mobilis: sive propter partes formae secundum quas debet esse motus, quantum quilibet ante aliam est indicibilis, a movente praesentet quia ratio est simplicis, propter quam minimum non posset esse per se in naturalibus, est praesentia coexistentis, haec autem tollitur propter praesentiam agentis corruptentis omne corruptivum sui effectus: ab illo ergo instanti immutationis, continue remittitur calor, qui insit, & acquiritur frigus. Non enim verisimile est, quod sit solus motus remissionis usque ad aliquid instans, & tunc primo inducatur aliquid frigidioris, vel enim calor remittendus habetet ultimum sui esse, quod negat Philosophus 3. Physic. vel si non (c), saltem frigus immediate sequens ipsum habetet primum sui esse: & tunc esset prima mutatio motus in frigiditatis, quod est ita inconveniens, sicut de prima remissionis motus caloris; inconveniens etiam videtur, quod agens remittat calorem, nisi causando in ipso aliquid impossibile sibi secundum aliquem gradum, & se-

a 4. Physic. 1. 28. & 39.

a Scot. 6. Phys. 4. 8. Text. 52. & 58.

b 5. & 6. Phys.

c Calor non habet ultimum esse. Text. 69.

& secundum quod illud causat in majore, vel minori gradu, corrumpit gradum, & gradum ipsius existens. Hoc etiam vult Philosophus manifeste 6. *Physic.* (a) quod omne, quod movetur, habet aliquid utriusque extremi: & videtur manifestum ad sensum, quod aqua successively calefacit: aliquid caloris inest, manente adhuc frigiditye hac, & non adhuc totaliter corrupta, concurrunt ergo simul ab instanti immutationis, motus remissionis caloris, & motus intensiois frigoris, quorum neutrius est aliquid primam: & in aliquo instanti in quo per mutationem subitam inducitur aliquis gradus frigoris omnino incompabilis calori; in illo primo, calor non est: & utique ad illum calor tunc, ita quod calor nullum ulterum habet sui esse: sed habet ultimum in esse quieto: & frigus nullum primam habet sui esse simpliciter, licet habeat primam in esse quieto, quod scilicet accipit per immutationem, licet illud non sit quietus.

Cum ergo probatur primam per *Philos.* 8. (b) *Physic.* dico, quod intentio Philosophi est ista, scilicet probare, quod non omnia semper moventur: & contra eos, qui dicunt omnia semper moveri, dicit quod manifeste convincuntur, si consideremus illos motus: ex quibus movebantur. (c) Moti enim erant ad hoc ponendum ex augmentatione, & diminutione animatorum, quam videbant fieri perceptibiliter in aliquo magno tempore, puta in anno: & tamen in nulla parte ejus; ex hoc concludebant, quod ista fiebant in toto tempore, & in nulla parte temporis perceptibiliter, licet in qualibet parte temporis imperceptibiliter: quibus Aristot. obviat, quod bene potest tale mobile quiescere per aliquod tempus, & in parvo aliquo tempore moveri illo motu, ita quod non oportet moveri semper ipsum illo motu. Et probat hoc per exemplum de guttis cadentibus cavantibus lapidem, quæ in aliquo certo tempore, & numero cadunt, & nihil auferunt de lapide, tandem tamen una cadens, puta centesima, auferit in virtute omnium aliarum aliquam partem lapidis, quæ tota simul auferatur, & non pars ante partem. Non intendit ergo Philosophus ibi, quod ablatio partis lapidis, sit in instanti, vel tota simul: nam ista ablatio est motus localis, qui nullo modo potest fieri, nisi pars mobilis prius pertransierat, spatium, quam totum mobile: sed ista una pars lapidis, quæ auferatur per ultimam guttam in virtute omnium precedentium, licet successive auferatur, tamen ablatio ejus non est successiva correspondens toti successioni casus guttarum. Non enim quot erant guttæ cadentes, tot erant partes ablationis hujus partis a lapide: sed tota ista parva pars per ultimam guttam auferatur, licet successive. Negat ergo Philosophus successione huic correspondentem, scilicet toti successioni casus guttarum, ac per hoc, ille lapis motus non movebatur semper; licet quando movebatur per ultimam guttam, tunc successive movebatur. Et secundum istam intentionem subdit postea de alteratio-

a Text. 7. b Text. 23. c Vide *Scol.* 4. 17. q. 3. *Suar.* *Met.* d. 24. f. 2.

ne, quod non est necesse, quod propter hoc sit tota alteratio infinita: frequenter enim ubi habet littera nostra *velox*, illa Commentatoris habet *subito*, & exponit Commentator *subito*, id est, *instanti*, & non in tempore inferendo. Quæ expositio est litteræ contraria: quod pater ex translatione sua in multis locis, quia in 4. *Physicor.* (a) ubi translatio nostra habet *repente*, sua translatio habet *subito*, & notificatur ibi, quod illud dicitur fieri subito, quod fit in tempore imperceptibili, & exponit ipse ibi: igitur exponere, *velox*, vel *subito*, per *instanti*, est exponere tempus per *instanti*. Sed intentio *Philos.* est ista, quod non oportet, fieri alterabile, est divisible in infinitum, quod ita tempus infinitum correspondeat alterationi alterabilis, sive tempus dum alterabile est, quod pars ejus post partem contrarius alteretur, sicut posset esse successio ex ratione partium alterabilis; sed frequenter alteratio est *v. lox*, sive subito, id est, quiescente prius utique tunc illo alterabili, & tunc non sunt simul, nec secundum primam mutationem, nec secundum primam partem motus, sed successive, & hoc est, quod subdit statim ratio apposita a *Philos.* ad eamdem conclusionem, quod quando quis sanatur, sanatio ejus est in tempore, & non in termino temporis; & tamen mobile non semper movetur illo motu, quia iste motus finitus est inter duo contraria. Quomodo ergo acciperet ipse in ratione precedentis alterationem fieri in instanti, (b) ad hoc, ut probaret non omnia esse in motu; & in secunda ratione accipit oppositum scilicet quod sanatio non est in termino temporis, sed in tempore: & tamen non semper est motus, quia est inter contraria, & ideo acquisito illo contrario cessabit motus. Subdit ergo *Philos.* quod dicere omnia contraria moveri, multum in manifestis ambigere est, ubi continus accipitur per semper, quia illud membrum quintum divisionis quinti membri improbat per omnia ista, & adhuc ponitur ibi ultior expositio, quia lapis manet durus, ergo non alteratur. Non ergo est aliquo verbo, quod hic dicitur, negat totam sententiam suam in 6. *Physicor.* & dat, quod hic esset aliquid verbum, quod expresse hoc videtur sonare (licet nullum sit, nisi ex falso intellectu sumptum) magis tamen esset exponendum secundum illud, quod hic dicitur, quam totum istud, quod est hic principale, alibi retractare propter aliqua, quæ dicuntur alibi; non ita principaliter, nec ex intentione sicut hic. Ad aliud de sensu, & sensato dicitur in argumento ultimo ultime questionis hujus distinctionis. Ad rationem de contradictorio dicitur, quod illa sunt contradictoria, quæ sunt accepta pro eodem tempore, & secundum alias condiciones requisitas: (c) & illa non sunt contradictoria, quæ non sunt accepta pro eodem tempore, quod probatur per distinctionem contradictionis positam primo *Elenchorum*, & ideo non esse caloris, ut præcessit in ul-

a Text. c. 127. b 6. *Phys.* ad finem & alibi sæpe. c & 1. *Peri.* c. 5. *Id.* *Scol.* li. *Elench.* quest. 55. de ignorantia *Elench.*

ultimo instanti immutationis, & esse caloris susceptum in tempore habito, non sunt contradictoria respectu caloris.

Contra, esse caloris & non esse absolute sumpta non prout intelliguntur in eodem instanti sunt incompatibilia simpliciter, ita quod quia sunt incompatibilia simpliciter: ideo non possunt esse in eodem instanti, & non e converso, & ratio incompatibilitatis pro eodem instanti non est alia, nisi quia ipsa formaliter sunt opposita, nulla alia oppositione formaliter, quam contradictoria: igitur, &c. Confirmatur hoc per simile in aliis, quia contrarium contrario succedens, vere est et contrarium, (a) licet non formaliter in eodem instanti. Similiter forma ut est terminus, ad quem privationis, vere, opponitur sibi privative, ut est terminus a quo, & est motus inter opposita formaliter. Unde Philosophus *Primo Physicorum. cap. 25.* vult quod omnis motus sit inter contraria opposita, vel privativa, vel media inter hæc: & tamen ista, ut sunt termini transmutationis, nunquam simul sunt. Possunt etiam argui, quod creationis termini non essent contradictorii, quia *non esse*, quod precedit *esse* creati, non potest ei esse contradictorium, nec privativum, nec medium inter hæc quia in nullo susceptivo est: & si non esset contradictorium ei, creatio ergo non esset inter contradictoria vel contraria: quod videtur absurdum. Quod autem adducitur de distinctione contradictionis, est equivocatio, quia alio modo contradictio est in complexis, & alio modo est in simplicibus. Complexa non sunt contradictoria, nisi accipiantur pro eodem instanti, pro quo oportet illa ambo enuntiare predicatum de subiecto. (b) Incomplexa autem absolute sumpta, non determinanda ad aliquod instanti, sunt contradictoria. De contradictione: prima loquitur Philosophus in Per hermenias, de secunda vero in *Predicamentis*. Aliter respondeo ad argumentum, quod immediatum potest accipi dupliciter. Vno modo, inter quod secundum se totum, & aliud non est medium: alio modo, quod secundum se totum est cum altero statim, vel post alterum, primo modo continuum est immediatum quo terminus, quia inter indivisibile terminans, & divisibile terminatum nihil cadit medium. Secundo modo indivisibili terminanti continuum nihil est immediatum, nihil enim secundum se totum statim sequitur illud indivisibile: sed pars illius totius, quod est immediatum totum primo modo, sequitur indivisibile secundum partem autem portem in infinitum. Ad propositum ergo dico: quod sicut mensurae istae se habent, ita & mensuratae, scilicet quod quando unum contradictorium mensuratur indivisibili, & aliud mensuratur divisibili, tunc minor est falsa. Nullum enim est medium inter contradictorium, secundum quod est in tota mensura sua, & contradictorium aliud, sicut nec inter totam mensuram ejus, & mensuram alterius; contradictorium tamen, quod mensuratur divisibili, non est alicui immediatum, ita quod secundum aliquod esse sui, videlicet, prout est

est mensura sua, statim reliquum contradictorium sequatur. Ita dico in proposito, quod non esse fuit in indivisibili: esse autem totum inducitur per motum, & est in toto tempore habito, & ideo nullum est medium inter illa: tamen quod sequitur in tempore non est immediatum secundo modo præexistenti in instanti.

Ad tertium argumentum principale questionis, quando dicitur, quod Angelus non potest moveri, quia est indivisibilis, quamvis potest faciliter responderi, quod Angelus occupat locum divisibilem, & ideo respectu loci se habet, ac si esset divisibilis: aut si occupat locum punctalem, & ita ut punctaliter existens non potest continue moveri, ut semper habeat esse punctale. Tamen quia non videtur ratio, quare negatur (a) indivisibile moveri, etiam si esset indivisibile quantitates per se existens: ideo potest concedi, quod Angelus habens alii punctale, potest continue moveri, ut in puncto semper existens. Et istud, quod assumptum est d. dicitur, probatur multipliciter. Primo, quia sphaera super planum mota, describit in plano lineam; & tamen non tangit nisi in puncto: ergo illud punctum pertransit totam lineam, & tamen non propter hoc tota linea illa, quæ se pertransit a puncto, componitur ex punctis: ergo a simili, nec hoc sequeretur, si ille punctus esset per se. Hic respondetur multipliciter. Primo, quod non est sphaericum in natura; sed tantum in intellectu, vel imaginatione. Sed hoc nihil est, quia cælum simpliciter est sphaericum: & tamen dato, quod non esset aliquid sphaericum in natura, adhuc non esset contradictio ex parte sphaerae, & plani, quod hoc super illud moveatur, ut sphaera super planum: esset autem contradictio; si ex motu indivisibilis super aliquid, sequeretur ipsum esse indivisibile, vel compeni ex indivisibilibus. Aliter dicitur, quod naturalis sphaera tangit planum in linea, non in puncto: Sed hoc videtur impossibile: quia quod applicatur linea circulari, ita quod eam totam tangit, necessario est circularis, quia quilibet pars lineæ circularis, est circularis, sicut linea recta est in qualibet parte recta; nam rectæ lineæ nulla pars est circularis, vel curva. Aliter dicitur, (b) quod quia punctus ille per accidens moveatur, ideo non oportet, quod commensuratur sibi spatium, & super quod moveatur: sphaera autem per se moveatur, & etiam est divisibilis. Sed contra istud, quia quævis pars in toto moveatur per accidens: tamen semper est in spatio sibi equali, & pertransiendo illa, describit totum spatium, immo habet, quæ magis moveatur per accidens moto quanto, quam aliquid, quod est pars, vel terminus quatuor, secundum quantitatem suam, quam habet per accidens, comparatur ad spatium, adhuc ejus quantitas accidentaliter commensuratur spatio, unde non videtur, quod quantum ad commensurationem aliquid auferat moveri per accidens aliter, quam per se moveri. Item linea ista supposita non commensuratur sphaera: quia tunc esset corpus sphaericum, sed commensuratur alicui moto super ipsam: ergo tantum

a *Tex. 47. idem 5. Physicorum. 52. & 2. de anima. 1. 44.*

b *Lib. 1. c. de oppos.*

a *Vide com. 6. Physicorum. q. 7. b. 6. Physicorum. c. 36.*

tum puncto motu super eam: si etiam ponatur, sphaeram esse in vacuo, & solum lineam esse planam, & per impossibile sphaera posset moveri in vacuo, & iste punctus super lineam planam, illa linea plena non destrueretur, nisi praecise ex puncto illo, & ita sequitur propositum ex illis. Praeterea, accipiat corpus cubum, & moveatur prima superficies eius: vel semper est in aliquo sibi aequali, & ita in superficie: vel correspondet sibi aliquid in magnitudine supposita, puta linea, & sic semper pertranseundo prius aliquid in quantum, quam aliud, pertranseat totam magnitudinem: ergo tota magnitudo supposita componitur ex linea, si ratio illorum valeat. Praeterea, signetur punctus primus in linea, super quam alia linea movetur: iste punctus in linea supposita describit totam lineam motam: quia sicut super quicumque punctus linea mota est continua in alio, & alio puncto linea supposita: ita est e converso, quicumque punctus in linea supposita supponitur alij, & alij puncto linea mota: & tamen cum omnibus istis fiat continuus motus. Potest ergo concedi (cum non videatur nisi fuga, & dicere de ratione per accidens) quod indivisibile possit per se moveri: si per se esset, & tamen continuus; nec ex hoc sequeretur magnitudinem pertranseat esse compositam ex indivisibilibus. Propter tamen intentionem Aristotelis qui allegabatur, oportet intelligere, (a) quod in motu locali est successio ex duplici causa, videlicet ex divisibilitate mobilis, & ex divisibilitate spatij, quarum utraque causa si esset per se, & praecise, & esset sufficiens ratio successiois. Nam quodlibet mobile prius pertranseat unam partem spatij, quam aliam: & ita esse successio ex parte spatij, comparando idem mobile ad diversas partes eius; quodcumque etiam idem in spatio, prius pertranseat mobile secundum primam partem sui mobilis, quam secundum secundam: & ita etiam successio ex parte mobilis, comparando ad quodcumque idem in spatio, ita etiam possit assignari in motu alterationis, & forte in motu augmentationis. Negat igitur Philosophus, & bene, quod indivisibile quantum est ex se, ita possit moveri, vel movere, ita quod ex parte possit accipi continuus motus, ita quod sit mobile habens in se rationem completam mobilis continui, quia non habet in se, quod contineat moveatur: non tamen est illud, cui repugnat continue moveri, vel movere, accipiendo ab alio continuam motum. (b) Et istud concludunt rationes suae, & non plus, sicut patet discutendo per rationes eius omnes, cum enim primo accipitur, quod omne quod movetur partem est in termino a quo, & partem in termino ad quem: verum est, si sit tale mobile, ex cuius ratione sit successio motus, tale enim mobile est secundum partem, & partem sui in termino, & in termino: & non ita solum, sed secundum idem sui est partem in termino uno, & partem in alio; hoc est in aliquo medio non quiescendo: sed in quantum est aliquid utriusque, hoc est in quantum est per quod tendit ab uno in alterum, hoc est

a An punctum sit aliterabile; vid. de cor. q. d. 10, q. 9. ad 20
b 6. Phys. c. 7.

est dictum, quod est sub mutatione, & sub aliquo subjacente mutationi, & sic continuus partes motus. Cum autem accipitur indivisibile, non potest esse partem in uno termino, & partem in alio, quia non habet partes: verum est de prima partibilitate, & ideo concludendo, quod sic non est mobile: concedo, falsum autem est de secunda partibilitate. Ad aliud cum dicitur, quod prius pertranseat omne mobile aequale, vel minus quam pertranseat majus. Respondet, & dicit, quod pertranseui potest accipi pro transitione indivisibilis, vel indivisibilis; si indivisibilis, falsa est propositio, si intelligatur, quod ante omne pertranseui majus universalius, pertranseat indivisibile aequale, tunc enim oporteret concedere, quod esset dare primam transitionem in motu locali; quod etiam nec ipsi perverberos Aristi non expositores, dicentes ipsum retractant, quod dicit in 6. Phys. possumus rationabiliter dicere, (a) quod in 3. contradicere sibi ipsi, non ergo oportet, quod omnem transitionem successivam: quae est major ipso mobili, praecedat pertranseui indivisibilis. Si autem intelligatur de pertransitione divisibilis tunc potest intelligi de toto, non de ratione rotas, sed ratione partis: & hoc non comparando partem ad ubi sibi aequale, & totum ad ubi sibi aequale: quia continuum est, cuius motus est unus, & indivisibilis, ex 5. Metaphys. (b) & ita similiter pertranseat pars spatium sibi correspondens, & totum mobile spatium totum sibi correspondens: sed intelligendo respectu aliorum certi, & determinati puncti in spatio, prius pertranseat totum, ratione partis sicutus illud punctum, & in hoc, quod pertranseat illud, pertranseat aliquid minus se, loquendo de ubi alio a suo primo ubi totali, quam sic pertranseat aequale, vel majus: & hoc est per accidens, in quantum mobile potest habere ubi minus suo totali ubi. Sed si loquamur de ubi majori, & minori; & aequali, secundum quae attenditur immediate continuus motus, quorum infinita sunt aliquid primi ubi: simpliciter prius pertranseat majus se, quam aequale sibi. Ad propositum igitur, salvando illud, quod est de per se ratione motus continui, non oportet salvare illud, quod non est de per se ratione eius. Et si obijcis, quod quidquid sit de ratione Aristi. in se, semper libe punctus est in spatio sibi aequali; & sic pertranseat totum: ergo commensuratur totam lineam suppositam, & ita illa linea supposita erit composita ex punctis; dico, quod semper, id est, in quolibet indivisibili, & in spatio sibi aequali, non autem semper, id est, in quacumque parte temporis. Idem argui potest de superficie prima corporis cubi: quia licet in quolibet nunc temporis (c) supponatur praecise linea, super quam moveatur, tamen in tempore medio inter duo instantia, fluit super medium continuum inter illa extrema. Ad ultimum rationem, bene concedo, quod omni tempore dato, contingit accipere minus tempus; sed ex hoc non sequitur in illo minori tempore posse moveri minus mobile, nisi loquendo de mobili continuo, quod erat ex parte sui causae continuitatis motus. Ad quartum argumentum principale de causa

a cor. c. 8, q. b cor. c. 7. d. Phys. c. 23. c cor. 6. Phys. q. 7.

successionis in motu, dico, quod licet posset fieri contentio, & alteratio de intentione Aver. & in quo contradicit Avempace, sicut apparet. 4. Physic. cap. de Vacuo (7). Breviter tamen dico, quod causa successiois in quolibet motu est resistentia mobilis ad motorem: non quidem talis, quod movens non possit vincere mobile. Tunc enim non moveret ipsum: sed nec etiam talis, quod mobile reclinaretur ad oppositum, quia sic est præ esse in motu violento: sed talis resistentia, quod mobile semper est cum aliquo, cui non potest immediate succedere terminus intensus a movente, & illa resistentia mobilis ad motorem est propter defectum virtutis moventis: & cum hoc propter resistentiam in die ad movens, & mobile, & per quod medium potest intelligi omne illud, quod necessario præcedit inductionem termini intenzi: sed tale medium non est necessarium medium, nisi virtuti limitata. Si enim esset virtutis infinitæ, posset statim ponere mobile in termino, ad quem, ita quod nec propter formam oppositam termino, a quo, quam mobile iam haberet: nec propter media naturaliter ordinata inter illam formam, quam habet mobile, & terminum, ad quem, esset necessitas, quod tale movens prius moveret per talia media, quam induceret terminum: Possibilitas igitur successiois est ex resistentia mediæ ad mobile, & ad motorem, ita quod hic est una resistentia. Mobile enim inquantum habet talem formam, inter quam, & terminum nata sunt esse talia media, potest continue moveri per illa ad terminum: & per ista media, que resistunt mobili, ut possit non statim esse in termino, potest intelligi divisibilitas partium mobilis, vel divisibilitas formæ, secundum quam est motus, vel utraque simul. Necessitas tamen successiois, nunquam est ex hac resistentia; sed præcisè computando istam ad agens, cui mobile resistit propter istam resistentiam mediæ ad ipsum; ita quod sicut erat possibilitas ex sola resistentia mediæ ad mobile, ita virtus illa limitata non possit tollere istam resistentiam, & ideo resistit illa resistentia agenti, ne statim inducat terminum. Tunc ad illa, quæ adducuntur ad oppositum, quod scilicet Angeli ad se nulla est resistentia, dico, quod ex quo agit non ex infinitate virtutis activæ, quando est in caelo, inter quod ubi, & suam ubi in terra, nata sunt esse multa media, quæ etiam virtuti suæ motivæ sunt media, ita quod nec virtus sua motivæ potest omnia illa media scilicet simul & terminum, nec etiam potest statim terminum facere, nisi prius faciendū illa media: & ideo est hic resistentia tota, que requiritur ad successioem in motu. Et cum arguitur de dicto ipsius Av. rrois de gravi, si ponitur in vacuo, quod descenderet (b) subito propter defectum resistentiæ a parte mediæ, dico, quod si vacuum poneretur, grave non moveretur in ipso, secundum Philosophum, quia vacuum non posset edere gravi, & dimensiones separare non possent esse simul: tamen enim penetraret vacuum posse edere, & esse spatium, & non quod latera plena essent simul: quia tunc

a. Tex. 71. b. De quo 4. Physic. cap. 4. vidi Scot. quest. 13. Dari. motum in vacuo.

runc non esset vacuum: dico tunc, quod motus gravis esset successivè in vacuo, quia prior pars vacui prius cederet, & totum grave prius transiret hanc partem spatii, quam illam, & sicut dictum fuit prius in precedenti argumento, & modo, per se successio est in motu locali ex spatio, inquantum quanto. Ad argumenta Philosophi inquantum inducuntur ad propositum, dico, quod illa propositio, que est pro portio mediæ ad medium, &c. vera est cæteris partibus: & ideo sequitur motum non esse in vacuo: aut saltem vera est contra eos, qui posuerunt vacuum esse totum causam motus five successiois in motu. Sed ad propositum (a) arguendo, hic similiter de mobilibus in motu. Sed de spatio, ista propositio negari potest, que est pro portio mobilis ad mobile in subtilitate, eadem est pro portio morus ad motum in velocitate. Et si accipias, que est pro portio huius sub ratione quæ mobile est, & alterius sub ratione quæ mobile, concedo, sed tunc minor est lapsa. Angelus enim mobilis est continue, inquantum habet quantitatem virtutalem, secundum quæ potest coexistere loco quanto, sicut corpus per quantitatem suam totalem, potest coexistere loco quanto. Similiter quod Philosophus inierit in secunda ratione sua, quod morus fit in æquali tempore per vacuum, & plenum. Si inieratur hic aliquid illi simile, scilicet, quod in æquali tempore moveretur Angelus, & corpus, non est impossibile; ibi autem est impossibilitas ex ratione mediatorum, secundum quod videtur ratio ejus procedere. Sed dato quod rationes Philosophi non multum concludant ad propositum, quia non ita se habent hic mobilia, sicut ibi spacia: valent tamen rationes suæ simplicitate, ita quod sua prima ratio est ostensiva; & reliqua dicens ad impossibile. Respondeo igitur, quod si vacuum posset edere, & morus posset esse in eo, quod ex divisibilitate spatii motus haberet divisibilitatem, & successioem, sicut modo ex divisibilitate spatii præcipi, motus haberet per se successioem essentialem: sed ultra istam successioem potest addi velocitas vel tarditas ratione conditionis accidentalis ipsius mediæ, inquantum est promotivum, vel impeditivum ipsius morus, five ratione subtilitatis, per quam promovet, aut saltem non impedit, ut ratione densitatis oppositæ. Tunc igitur fieret motus successivus in vacuo, & esset proportionabilis motui in pleno, & hoc loquendo de successione essentiali, non de velocitate, & tarditate superaddita, quia omnino nullam velocitatem, aut tarditatem superadditam haberet mobile in vacuo, haberet autem aliquam in pleno: sed nihil ad aliquid non est proportio præcisè, ergo habet Philosophus ex hoc contra adversarium dicentem motum esse in vacuo, quod nullus motus habens aliquam velocitatem, vel tarditatem accidentalem superadditam essentiali, potest esse in vacuo: & ideo negat Philosophus talem accidentalem successioem posse esse in motu: & hoc non est inconveniens, si poneret præcisè esse motum in vacuo: sed esset, si cum hoc poneret vacuum esse medium promotivum in motu, vel medium necessarium in motu, ex parte cuius fumeretur velocitas, Tom. II.

a. De hoc late Scot. 4. phys. q. 2. 10. 13.

vel tarditas motus. Eodem etiam modo illud, quod interit in secunda ratione, non est impossibile ad veritatem dicenti præcise, motum esse in vacuo: quia medium plenum potest aequari medio vacuo: inquantum est ratio, vel causa successiōnis essentialis in motu, & si aliquid plenum acciperetur in tali proportione, in quali accipit Philosophus ad motum datum: illud esset omnino neutrum, nullam qualitatem accidentalem dans, nec medium plenum, nec medium vacuum. Quid ergo habet (a) Philosophus contra ad veritatem ex illa ratione? Dico, quod habet tantum, quod vacuum nullam qualitatem accidentalem habet ultra successiōnem essentialē: quia si sic, posset aliquid medium plenum dari æquale, & tunc per medium plenum, & vacuum, ferret motus in tanto tempore, quantum tempus corresponderet illi dicenti accidentali motus, quod est impossibile, quia secundum hoc media essent improporcionabilia.

QUÆSTIO DECIMA,

Utrum Angelus possit movere se?

Quod non, quia nihil idem potest simul esse in potentia, & in actu secundum idem: movens autem, secundum quod movens est in actu, & motum secundum quod motum, est in potentia: ergo nihil movet se. Confirmatur ratio per hoc, quod aliqua dividenda ens, ut substantia, & quantitas, sunt incompossibilia in aliquo uno eodem: ergo pari ratione, actus, & potentia in quolibet uno sunt incompossibilia. Item, omne quod movet se, dividitur in duo, quorum alterum est primo movens, alterum primo motum, ex 8. *Physicorum* (b), & probatur ex prima conclusione 7, quod nihil movet se primo: quia tunc quiesceret ad quietem partis, & non quiesceret ad quietem ejus: quæ probatio tenet de corpore moto: & ex hoc videtur sequi quoniam corpore movente se, sit talis distinctio, quod in quocunque universali, quod in quocunque movente se requiritur talis distinctio. Eadem enim videtur incompossibilitas, quod idem non corpus moveat se primo, sicut quod idem corpus moveat se primo: sed Angelus non dividitur in duo, quorum alterum sit primo movens, alterum primo motum: ergo, &c. Contra, Angelus potest moveri localiter ex præcedenti questione, & non a corpore effusive, ut videtur, nec tantum miraculose a Deo: ergo moveatur a seipso.

Concedo, quod potest a se localiter moveri, quia quicumque inest potentia passiva ad aliquid acquirendum, vel habendum per motum, non est imperfectionis in eo, quod habeat potentiam activam, per quam possit illud acquirere: sed perfectionis ejus, &c. quod apparet, quia animatis (c) data est potentia activa respectu quantitatis perfectæ, ad quam sunt in potentia quando generantur, patet etiam in gravibus,

vibus, & levibus, ubi est potentia activa ad illud ubi, cuius sunt receptiva naturaliter. Similiter animalia (a) habent potentiam activam respectu sensationis, ad quam sunt in potentia passiva, totalem tamen habere non possunt, sicut declaratur *ex distinctiōe 3. primi*, quia potentia non potest habere omnia objecta: igitur cum Angelo inest potentia ad ubi, quod potest acquirere per motum, non est imperfectionis in eo, si habeat potentiam activam respectu ejusdem: immo videtur esse imperfectionis in eo, si non habeat potentiam activam respectu ejusdem, ex quo non repugnat aliis entibus minus perfectis, habere talem potentiam activam.

Et si dicatur, quod hoc convenit tantum entibus, imperfectioribus (b) ut animalibus secundum partem, quia possunt dividi in duo, scilicet movens, & motum, & quod assumptum est de gravibus, & levibus, falsum est, & contra intentionem Philof. 8. *Physicorum*, ubi videtur specialiter contra hoc facere quatuor rationes. Primo per hoc, quod grave non est animal. Secundo per hoc, quod non potest sistere se. Tertio, quia non potest movere se motibus diversis. Quarto, quia est continuum: id est, ejusdem dispositionis in parte, & in toto: & tale non potest movere se. Et solvendo questionem dicit, quod scilicet tantum habent naturalia principium patendi respectu motus, & non facienti.

Primo, ostendo oppositum per autoritates. Secundo per rationes. Autoritas prima est Philosophi 8. *Physic.* ubi solvens dubitationem de gravibus, & levibus, dicit, quod quia potentia dicitur multipliciter, (c) propter hoc non est necessarium, a quo moveatur grave. Distinguit autem potentiam, ad actum primum, & ad actum secundum, ut patet de potentia ad scientiam, & consideratorem, & applicando ad propositum dicit, quod ignis est in potentia essentiali, ut sit frigidus, prout scilicet aqua generatur ex eo: cum autem generata fuerit aqua, est in potentia accidentaliter ad agendum, id est, ad infrigidandum, nisi impediatur: ita etiam dicit ipse de gravi, & leve. Leve enim fit ex gravi, ut ex aqua aer: cum autem est jam leve, operabitur mox, nisi prohibeatur: actus autem levis est alibi esse, & sursum: prohibetur autem cum in contrario loco fit. Unde nihil valet exponere, quod cum sit in actu leve, est actu levis ita quod leve est ascendere: quia tunc idem est dicere, quod actu leve est, & dicere quod quia leve est, actu ascendit, quod nihil aliud est, nisi casualiter dictum. Dicit enim, quod mox operabitur, nisi prohibeatur, quod non potest intelligi de actu levis primo, quia actus levis non potest prohiberi, vel impedi, dum est actualiter talis. Similiter dicit, quod prohibetur, cum est in contrario loco, non autem est non leve actu primo, quia est in contrario loco, ergo intendit de actu secundo, scilicet, quod actus ejus est alibi, id est, quod actus ejus, qui est sursum, sive sursumitas sit operatio ejus: sicut ergo ignis habens calorem in actu primo, vere, & effe-

I z

cti.

a Vid. com. c. 72. 4. *Physic.* b Tex. cap. 30. Ten. cap. 2.

9 1. de anima 1, c. 47.

a 9. 6. 5. b Op. com. 8. *Physic.* c. 1. 2. 29. 30.

c Tex. 31. ex phil. gravia a se moveri.

tive se habet ad calefactionem, quæ est operatio ejus secunda: ita
 & ignis actu existens levis, eff. tive se habet ad esse sursum, sive ad
 operationem eandem, quæ est ferri sursum. Idem etiam 4. *Physi-*
ficæ (a) cap. de Vacuo, ubi dicit, quod Idemsum, & rarum concomi-
 tantur duæ contrarietates, videlicet, grave, & leve, durum &
 molle; & loquens de contrarietate gravis, & levis, dicit, quod
 secundum hanc contrarietatem etiam actus motus: secundum autem
 durum, & molle, passiva; igitur, &c. Et si objiciat, ista non est
 intentio sua, quæ vis se fontent verba, (b) quia secundo de Generatio-
 ne, enumerans qualitates activas, excludit grave, & leve a qua-
 litatibus vere activis, & passivis. Respondet, id dico, quod con-
 tradicere sibi ipse, in octavo *Physicor.* per illud secundo de Genera-
 tione, nisi alio modo intelligat hic, & ibi: nam in octavo *Physicæ*
 (sicut pro istis allegatum est) dicit, quod habet principium, non
 agendi, sed patiens; in secundo autem de Generatione dicit, quod
 grave, & leve nec sunt activa, nec passiva, & probatio sua patet
 ibi: aliter igitur loquitur ipse de actione in 3. *Physicæ* (c) & aliter
 in secundo de Generatione, ubi occurrunt sermo de actione, & passi-
 one: & aliter in primo de Generatione, & aliter in secundo de Ge-
 neratione. Sicut enim in libro 3. *Physicæ* loquitur, de motu in ge-
 nerali, & universalis, in libro autem de Generatione de motu ad for-
 mam: ita in 1. *Physicæ* loquitur de actione, & passione in communi,
 & in universalis, & ita verum est, quod dicit 8. *Physicæ*, quod
 habent principium patiendi respectu motus localis: In libro autem
 de Generatione loquitur de actione ad formam, ubi agens, & pa-
 tions sunt contraria. Quod utique verum est de actione univoca co-
 rum, quæ sunt in principio d. similia, & contraria, & in fine sunt
 similia. Similiter in actione æquivoca simile est agens productio se-
 cundum formam similitudine æquivoca, sicut ipse concedit ibi in
 primo de Generatione, (d) aliquid agens non communicare cum pas-
 sivo, sicut nec medicinam cum corpore sanato. Hoc autem modo negat
 in 2. de Generatione gravia, & levia non solam esse principia
 agendi, vel iaciendi, sed etiam patiendi: & hoc expressè sonat ra-
 tio sua, quia ista non sunt principia agendi alia, nec patiendi, ab
 aliis: & ideo non sunt principia producentis aliquid secundum for-
 mam aliquam, de qua productione loquitur ibi; nec principia pa-
 tiendi ab aliquo agente correspondente tali actioni. Sunt tamen prin-
 cipia activa aliquo modo, respectu motus localis ad ubi, & aliquo
 modo passiva respectu ejusdem, quorum utrumque expressit ipse in
 8. *Physicæ*, quod passiva in hoc, quod naturalia, habent in se principium
 patiendi: quod activa in hoc quod dicit operationem levis esse
 alicubi, sicuti efficiens est considerare. Ad hoc etiam potest adduci
 auctoritas Commentatoris tertio *Metaph.* & *Mun. Comm.* 28. In sim-
 plicibus, inquit, idem est secundum speciem motor, & motum, sed

a *Tex.* 87. & 86. b *Tex.* 8. c *Tex.* 18. & inde d *De*
quo 2. d. 3. q. 7.

sibi differunt secundum modum: lapis enim movetur se, inquam,
 tum gravis in actu, & movetur in quantum est potentia inferior, inve-
 nitur enim uno modo in actu, alio modo in potentia, & causa hujus est
 hæc, quia componitur ex materia, & forma. Sed de hoc videtur varie
 loqui quia in *Com.* 2. *Philosophi* (a) 2. *alio* & *Mund.* & 8. *Physicæ*, vide-
 tur vel, quod movetur se per accidens pellendo medium, sicut nauca
 movetur se movendo navem in qua existit: & ideo auctoritatibus ejus
 non est multum innotendum. Ad istam conclusionem sunt rationes.
 Prima talis: omnis effectus quando in actu causatur, habet causam
 in actu, hoc patet per *Arist.* 2. *Physicæ*, & 5. *Metaph.* cap. de causa.
Efficiens in actu, & causatum in actu, simul sunt, & non sunt.
 Patet etiam, (b) si nulla esset auctoritas, per rationem manifestam,
 quia quod non est, quod non existit, non producit aliquid ad e: igitur
 quando descendit gravis in actu in actu, tunc aliquid est causans
 in actu, non autem tunc est in actu a removens prohibens: neque
 per consequens ab impellente ipsum grave, fertur deorsum: quia
 pellens non per se movetur deorsum, quia in hoc est quasi removens
 prohibens: & tale movens secundum *Philosophi* 8. *Physicor.*
 est (c) quasi movens per accidens; & præter movens per acci-
 dens, oportet dare movens per se efficiens: quia omne per acci-
 dens habet reduci ad per se. Nec istud potest esse centrum trahens,
 quia, si per impossibile nullum grave esset in centro, sed tota ter-
 ra amota ab eo & remanente centro sub sola ratione centri prius,
 adhuc grave naturaliter tenderet ad centrum. Quid ergo attrahit?
 nunquid ubi Mathematicum? Constat, quod non, quia non est for-
 ma activa, nec etiam influentia cæli, quia hoc videtur esse fuga re-
 currens ad agens universale, quia est negare effectus particulares, &
 causas particulares; influentia etiam cæli, quantum est de se, uni-
 formis est in toto medio: quare ergo unam partem in toto medio
 moveret sursum, & aliam deorsum; nisi poneretur agens particula-
 re determinans? Nec istud actu movens, quando actu movet, po-
 test poni actu grave motum: quia nihil movetur se invicem ad illud,
 quod habet: & præter hoc motus est quid extrinsecum gravi: nec
 generans, quia tunc potest non esse. Ergo oportet dare, quod fit
 aliquid intrinsecum ipsi gravi, vel ipsummet grave per aliquid intrin-
 secum.

Quia igitur oportet dare aliquid intrinsecum, dicitur (d), quod gene-
 rans manet in virtute in gravi; & per hoc movetur ipsum grave.
 Contra istud non manet in virtute, nisi sicut causa in suo effectu:
 & quod sic manet, non est ens in se, sed tantum quia manet in suo
 effectu, & tunc virtus illa respectu motus pertinet ad genus cause ef-
 ficentis, si generans dicatur efficere: & nil efficit nisi secundum
 quod est in actu: necesse est igitur, quod efficiens efficiat actu, quia
 illud, quod est efficiens in virtute tantum, non efficit, & ita se-
 quitur adhuc propositum. Præterea, illud quod non movetur aliud,

I

nisi

a *Com.* 32. b *Tex.* 37. *Tex.* 3. c *Tex.* 32. 2. *Physicæ*, 26. &
 8. *Physicæ*, 39. d *Gen. quæd.* 8. q. 2. *res. citur.*

nisi prius naturaliter ab alio motum, ab eodem habet, quod moveat, & quod fit motum; sed grave, cui aligatum est leve, cuius levitas non excedit gravitate n ejus, movet illud leve trahendo illud secum (a) ad centrum, & non movet nisi quia motum; ergo prius naturaliter est motum, quam moveat, & ab eodem moveatur, a quo habet, quod moveat illud si aligatum: movet autem illud non per aliud, quod movet per gravitatem suam, igitur, & seipsum. Possit confirmari ista ratio, quia quando aliquid habet potentiam passivam respectu alicujus formæ, potest eam causare in quocunque actu proportionato, & approximato; sed grave habet potentiam activam, respectu ubi deorsum, sicut habet respectu illius, quod trahit secum & ipsum met quando est extra illam locum, est receptivum illius formæ earentis, & est proportionatum, & approximatum sibi: ergo potest istam formam causare in seipso. Hoc etiam poterit satis patere, si consideretur, quod quies requirit causam adæqualem causantem, sicut & motus: Tunc enim oportet dare causam eoræ causantem quietem naturaliter gravis cum ipso gravi; nulla autem causa eoræ causans quietem istam cum gravi est, nisi grave, & per consequens grave effective movet: & per consequens moveatur ad illam quietem a seipso, quia isti duo sunt ab eadem causa.

Præterea grave impeditur a motu, removet prohibens, si gravitas ejus vincit virtutem illius impediens, vel resistens: puta, si superponatur alicui continuo, & gravitas ejus superet rationem continuitatis, frangit illud: & sic solvendo continuitatem ejus solvit impedimentum descensus ejus: hujus autem fractionis, cum fit motus violentus, oportet ponere existentem causam extrinsecam: & non videtur rationabile tingere aliam causam, quam ipsummet grave, non autem frangit illud, nisi quia intendit facere se in centro: igitur (b) ab eodem principio activo habet se facere in centro, a quo habet illud impediens removere. Hoc etiam declarari potest aliter, quia gravior movetur velocius, & tamen ab eodem, videlicet generante potest generari aliquid gravior, & etiam aliquid minus grave: & possunt ista duo esse in eadem distantia ad centrum & in eadem influentia celi: igitur differentis motuum in istis, est ab aliquibus intrinsecis. Item, motus naturalis incenditur in fine, secundum Philosophum *primus de Cælo, & Mundo c. 2*: cuius difficile est assignare causam, si effectivum istius motus, esset præcise aliquid extrinsecum.

Respondet tunc ad Philosophum, qui adducit in contrarium, & quod fit pro me, sicut adduxi, quod grave se movet effective, sicut sciens movet se effective ad actum speculandi. Et intelligi sic: sicut habens formam aliquam, quæ nata est esse principium alicujus actionis univoce, potest per illam formam agere in receptivum approximatum, & proportionatum: ita etiam habens formam, quæ nata est esse principium actionis æquivocæ potest per ipsam agere æqui-

æquivocæ in passivum approximatum, & si ipsummet sit receptivum illius actionis, vel effectus æquivocæ, & careat eo: ex quo est maxime approximatum, & proportionatum sibi ipse, non lo sum poterit causare effectum illum in alio, immo si nunc causabit istum effectum in seipso. Ita in proposito, lapis exilissimus sursum est in potentia ad ubi deorsum, gravitas autem respectu illius, ubi, est principium activum æquivocum, sicut universaliter respectu ubi non oportet querere nisi principium æquivocum, non enim movens movet mobile ad aliquid ubi, quia formaliter movens est in actu, secundum illud ubi: sed tantum quia virtualiter, quia igitur ipsummet grave receptivum est ipsius effectus æquivocæ, & caret eo, causal in seipso primo istum effectum, & in nullo alio, nisi prius causando in se; ita quod causare istud est operatio gravis, sicut dicit Philosophus, ut calidi calefacere; sed quod causet hoc in se, accidit ei (a). Accidit enim sibi, inquantum est activum respectu hujus causationis, vel respectu hujus causalitatis, quod ipsummet sit receptivum ipsædem effectus. Istud postea intelligi, si grave manens sursum possit expellere aliud ad centrum: tunc enim non dubitaret aliquis, quomodo grave esset principium descensus in altero: nec modo minus est causa activa respectu descensus sui ipsius. Tamen propter unum verbum Philosophi, addo ultra, quod motus iste non est naturalis in se, ex hoc quod habet principium activum in se: sed solum ex hoc, quod mobile habet principium intrinsecum cum passivum naturaliter inclinans ad motum, quod patet per distinctionem naturæ (b). *Secundum le Physicæ, quia est principium motus ejus, in quo est primo per se, & non per accidentem.* Nihil enim est principium naturaliter movendi alicui, nisi inquantum est per se, & primo in eo, quod movetur, non est autem per se, & primo in aliquo, quod movetur, nisi inquantum est passivum: ergo non est aliquid natura, vel principium naturale alicujus, nisi quia est principium passivum in motu. Hoc etiam patet, quia ideo aliquid movetur naturaliter, quia movetur sicut aptum natum est ipsum moveri. Ita est in proposito, ita quod licet hic, & ceteris & in multis aliis, principium activum sit principium movendi; non tamen propter illud principium activum movetur naturaliter, sed propter principium passivum, propter quod fit movetur, & hoc est quod subdit Philosophus, postquam dixit, quod actus levis ait esse alicubi, & sursum: etiam dicit ipse. *Quæritur quare movetur in ipsorum loca?* Et respondet, (c) *causa autem est, quia apta nata sunt ibi esse.* Et signanter dicit in *ipsorum loca*, hoc est, naturaliter movetur in loca illa, quia apta nata sunt ibi esse, id est, habent naturalem inclinationem ad illud ubi, & hoc modo postea subdit, quod habent principium tantum patiendi, & non faciendi, scilicet respectu motus inquantum naturalis est: & ita ibi in solutione illius dubitationis de motu gravium, quasi inter aliter loquitur de principio effectivo hujus motus, & de principio naturali hujus motus, quod

quod tantum passivum est (a). Rationes etiam ejus non concludunt contra me: nam primæ tres, quæ habent unam vim, ostendunt grave non movere se, sicut agens per cognitionem movere se, non enim animal posset filtrare se extra ultimum terminum intentionis, nec etiam posset movere se diversis modis, nisi ageret per cognitionem, & ex hoc factis sequitur propositum Philof. quod illa non sunt prima moventia: nam primum movens movet per cognitionem, quia sapientis est dirigere, sicut ostensum est de Deo supra *dist. 2. primi de cognitione Dei*. Quartæ ratio sua de continuo, non concludit præcisè in quantum quantum, sed de continuo, hoc est, quod est ejusdem distributionis in omni parte: probat enim, quod grave non movet se effective, quia non est pars unq in actu, quæ potest facere aliam in actu secundum eandem qualitatem: quomodo ipse dicit in de Sensu, & Sensato. Et concedo, quod hoc modo pars gravis existens in actu, non causat motum in alia parte, sed totum grave est in actu, secundum actum primum & causat in se actum secundum. (b) Sed objicitur quo modo Philofophus, si concedit grave se moveri effective a se, licet non per cognitionem, nec etiam quod naturalitas sit ab eo in quantum habet principium activum, quomodo habebit principale propositum suum, quod ista necessario moventur ab alio, quod ipse intendit principaliter probare? Dico, quod factis habet hoc ex distinctione potentia: ista enim non reducunt seipsa de potentia secunda ad actum secundum, nisi prius reducatur fuerint de potentia prima ad actum primum, vel saltem possent reduci ad actum primum. Quod dico pro totis elementis, quæ tota secundum ipsum sunt ingenerabilia, & incorruptibilia: & tamen quia sunt ejusdem rationis cum partibus suis non repugnat eis reduci de potentia prima ad actum primum, sicut partes eorum reducuntur. Sequitur ergo, quod omne grave & leve, licet moveat se effective de potentia secunda ad actum secundum: tamen mobile est, vel moveatur ab aliquo alio extrinseco a potentia prima ad actum primum, non enim oportet, quod si omne, (c) quod moveatur ab alio, quod in omni motu moveatur ab alio, & sufficit Philofopho primum, quia per hoc devenietur ad aliquod aliud ab omnibus istis, quod nec in quo motu, nec in quocunque poterit moveri ab alio: sed est omnino movens immobile. Similiter etiam potest dici, quod in isto motu, est moveatur a se effective: non tamen moventur a se, sicut a primis moventibus: ex quo non movent se per cognitionem: sequitur, quod præsupponant aliquid hæc movens per cognitionem: & ita licet moveatur se effective: non tamen sic, quin moveatur ab alio, licet non sicut a causa proxima.

Ad primum argumentum principale dictum est *dissect. 2. primi*, quomodo potest aliquid agere in se, & responsum est ibi ad illud argumentum. Quod autem addit pro confirmatione, quod quædam

a *Tex. 29. ad rat. positam n. 2.* b *De hoc 1. d. 8. quest. 5.*
c *Vide 3. Ca. 1. ubi.*

dam dividentia ens sunt impossibilia in quocunque: igitur, & ista. Concedo de istis ut sunt opposita. Opposita autem sunt, prout dicantur modis cujuslibet entis, prout scilicet dicuntur ad idem ens in potentia antequam actu sit, & ens in actu, quando jam est; & isto modo nulli eidem conveniunt, nec formaliter, nec etiam denominative; quod scilicet idem dicatur ens denominatum simul ab aliquo in aliquo actu, & ab eodem in potentia. Ut tamen actus accipitur pro principio activo, & potentia pro principio passivo, quæ cadunt infra essentiam ejuslibet distinctibilis vel distincti: sic non sunt opposita, nec sic dividunt ens, nec repugnant alicui eidem.

Ad secundum argumentum dico primo ad auctoritatem illam 8. *Physicorum*, quod scilicet omne movens per cognitionem dividitur in duo, quorum unum est primum movens, & aliud est primo motum, & ratio hujus est, quia potentia motiva talis movens est potentia organica, ita quod illa resolvitur non tantum distinctionem inter corpus, & animam, sicut inter movens, & motum; sed forte in ipso corpore, in quo est virtus organica, requirit partem corporis moventem distinctam a parte mota: non est autem ita necesse de movente se non organice, quia totum est unum primum quantum ad actum primum, & totum in potentia quantum ad actum secundum.

Sed ad probationem illius propositionis, quæ accipitur ex principio 7. *Physicorum*, ubi probatur, quod nihil movet se primo: dico, quod hoc, quod dicit primo, dupliciter potest accipi. Uno modo potest dici idem, quod est secundum totum, & opponitur ei, quod est secundum partem: & hoc modo accipit Philofophus moveri primo in 5. *Physicorum* ubi distinguit, quod (a) aliquid moveatur secundum accidens, aliquid secundum partem, & aliquid primo, & similiter in 6. (b) ubi dicit, quod quidquid moveatur in aliquo tempore, primo moveatur in quolibet illius temporis, & alibi frequenter. Alio modo hoc, quod est primo: dicit casualitatem præcisam; quomodo accipitur in 1. *Poster.* in distinctione universalis. Dico tunc, quod ratio Aristot. in principio 7. bene probat, quod nullum corpus moveatur a se primo hæc duplici primitate simul, quia si moveatur a se primo, id est secundum se totum; igitur motus inest cuilibet parti ejus. Consequentia tenet per hoc, quod totum in quantum movens est homogeneum, & moveri est passio homogenea; passio autem homogenea non inest toti primo hæc primitate, nisi inest cuilibet parti ejus, sequitur igitur, quod si totum moveatur primo hoc modo, quod si pars quiescit, totum quiescit. Accipiendo autem aliam primitatem causalitatis præcisæ, si totum moveatur a se primo non moveatur hoc prædicatum, quod est moveri ab ipso, propter hoc, quod moveatur ab aliquo, quod non est ipsum, nec moveatur ab ipso, propter id, quod moveatur ab aliquo, quod est aliquid ejus. Si enim triangulus habet tres primo, hæc primitate non solum non moveatur ab eo habere tres, si moveatur a quadrangulo, qui nihil

est

a *Tex. 1.* b *Tex. 4.*

est ejus, immo etiam non remouetur ab eo propter hoc, quod remouetur a parte triangulari, puta ab hoc angulo, vel illo; igitur, & moueri non remouebitur a toto, cui primo inest hac primitate, etiam si remouetur a parte ejus, quæ pars non est ipsum, & ideo si totum mouetur hac primitate primo; non quiescit ad quietem partis, prius autem illatum est hoc de illo, quod mouetur primo altera primitate, quiescit ad quietem partis, impossibile igitur est totum moueri primo utraque primitate simul, & includit contradictionem, sicut contradictio sequitur; tamen altera primitate præcise, potest aliquid totum moueri a se primo.

In proposito autem dico, quod grave mouetur a se primo, quia secundum quamlibet partem, & mouet, & mouetur; & cuiuslibet parti comperit, licet non primo, sed in quantum est in toto, mouere, & moueri. Sed nunquid conuenit gravi primo moueri deorsum primitate secundum modo dicta? Dico, quod possumus loqui de moueri deorsum in communi: vel de hoc moueri, quod conuenit huic toti graui, vel de parte hujus moueri (a), quod conuenit partibus grauis, & dico, quod sicut totum grave, & pars grauis sunt homogenea in grauitate: ita moueri totale, quod est passio totalis totius, & moueri partiale, quod est passio partis, sunt moueri eisdem rationis, & sicut moueri deorsum naturaliter in communi inest primo primitate causalitatis præcise graui in communi: ita hoc moueri totale, inest huic graui totali simili primitate; & hoc moueri partiale, quod est pars hujus moueri totalis, inest parti hujus grauis simili primitate. Non ergo hoc totum homogeneum graue mouetur a se primo, ita quod moueri, ut est commune sibi: cuiuslibet parti ejus inest sibi primo secundum hanc primitatem; quia tunc non remouetur a toto, etiam remouetur a parte. Hoc autem est falsum propter aliam primitatem necessario concurrentem cum ista, si ista ponatur in subiecto homogeneo respectu passionis homogeneæ. Tamen grave etiam hac primitate causalitatis uidelicet præcise, mouetur hac motione; & verum est, quod hæc motio totalis non remouetur a totali graui, propter hoc; quod remouetur hæc motio totalis a quocunque, quod non est hoc grave, verum est enim, quod pars totius grauis non mouetur hac motione totali: nec propter hoc remouetur hæc motio totalis ab hoc graui totali. Sed obijcies, quod saltem remouetur a toto graui motio totalis si a parte ejus remouetur motio partialis; ergo motio totalis non inest toti primo causalitatis præcise, vel primitate causalitatis præcise; quia si sic inest, nulli modo remouetur ab ipso propter remotionem alicuius alterius prædicati ab eo, quod non est ipsum.

Respondens, & dico, quod hoc totale grave, in quantum est tale homogeneum, est ex partibus similibus, & partes istæ sunt priores alio modo ipso toto: ita quod desinitur istis in ratione partium, non mouet totum, ita dico, quod non est inconueniens, quod eis inest lux passionis, ut motiones partiales, & quodammodo prius quam motio

to-

totalis conueniat ipsi toti: quia & motio totalis comparatur ex partium motionibus partialibus, sicut totum grave ex partibus grauibus, & tunc nego hanc propositionem aliamquam. Quod conuenit alicui primo, id est, secundum causalitatem præcise, non remouetur ab eo, quia alicui, quod non est illud prædicatum, remouetur ab aliquo, quod non est ipsum subiectum. Hæc enim propositio est falsa universaliter, ubi subiectum habet inuicem prius & passio passionem priorem. Tunc enim ad remotionem prioris passionis a priori subiecto, requiritur passionem posteriorem remoueri a posteriori subiecto: præcise ergo probat ratio Arist. quod totum non mouetur a se primo, hoc est, quod moueri, quod est passio homogenea non est in toti homogeneo primo, hoc est secundum causalitatem præcise, in quantum illa passio accipitur ut homogenea, hoc est, ut eisdem rationis toti quanto, & parti quanti, quia sic non remouetur a toto, licet remouetur a parte, quod falsum est propter primitatem totalitatis, quæ inferitur hic ex ratione causalitatis, præcise tamen non probat quin totum potest moueri a se primo, loquendo de illa motione totali, cuius partes sunt motiones partium, & de primitate causalitatis præcise, & cum hoc ita, quod mouetur primo alia primitate, scilicet totalitatis, accipiendo moueri in communi, prout scilicet conuenit toti, & cuiuslibet parti totius: ita quod alio modo oportet accipere prædicatum, quod debet inesse toti hæc primitate, & illa.

QUÆSTIO UNDECIMA.

Prum Angelus possit moueri in instanti?

Quod non, quia tunc major virtus potest moueri in minori, quam in instanti. Probatio consequente, ita enim arguit Philosophus, 6. Physicor. (a) quod si major virtus mouet in tempore, & maxima virtus mouet in instanti.

Contra, aliqui motus ab aliquibus corporibus mouentibus sunt in instanti, ut illuminatio medi: igitur & motus Angeli multo fortius potest esse in instanti, quia major est virtus mouentis, & minor resistentia medi.

Hic dicitur, quod Angelus (b) potest moueri in instanti, sed non temporis continui, sed discreti. Quod probatur, quære in D. Thoma. Alius Doctor dicit de isto tempore discretæ. Quære.

Contra primam positionem arguo. Videtur enim contradicere sibi ipsi. Videtur enim Angelum posse esse in loco per operationem: & si intelligat de operatione transiente in corpus, illa operatio erit in tempore communi, vel in instanti temporis communi si autem intelligat de operatione immanente, scilicet intellectione, & uolitione, illa

12

a Philosophi rationes esse Sophisticas, putat, Greg. d. 6. l. 3.

a Tex. 29. & 90. in sim. Rat. ad opp. b Opin. D. Th. 1. par. 2. 3. cor. & ad 2. & quod. 9. art. 9. & quod. 12. q. 4. Opin. Ric. 2. quod. 12. q. 7. & quod. 12. q. 8. sup. q. 4.

la, ut pater ex dictis prius in materia de aëro, nec est in tempore nostro communi, nec in alio, sed in aëro secundum eum: igitur, &c.

Præterea, ratio fua non videtur concludere, quia tunc sequeretur, quod in ultimo instanti prolationis verbotum in consecratione esset ibi vera forma panis, quæ præiit in toto tempore prolationis, similiter cum aer quærit in esse tenebrosus per totum tempus, sequeretur, quod in ultimo instanti illuminationis illius aeris tenebrosi, aër esset tenebrosus: & ita sequeretur, quod illuminatio non fieret in instanti.

Et si dicatur, quod ista illuminatio est terminus motus localis, quod Sol fit præterit medio. Contra, ponatur Sol creatus de novo, & medium concurret illuminationi mediæ a Sole facta præterite: tamen illa illuminatio non est per se terminus motus localis, sed aliquid ubi æquilibrium ipsi Soli: nec etiam potest per hoc evadere, quin aer quæverit sub esse tenebrosus usque ad hoc instanti.

Præterea, si oportet Angelum in quocunque tempore quiescentem, in ultimo instanti illius temporis immutatum esse in eodem ubi igitur nunquam mutatur, nec in tempore continuo, nec in tempore discreto. Probatio consequens: ut accipio aliquam partem temporis, cum qua quiescit, & per consequens, cum ultimo illius immutatus est. Si etiam in aliquo instanti temporis discreti debet locatere, quæro, aut illud est immediatè instans nostro instanti terminantem tempus quietis, aut mediatum? Si mediatum, ergo inter instans nostrum, in quo fuit Angelus immutatus, & hoc instans, est tempus medium, in quo etiam quiesceret Angelus: ergo & in illo, & cum illo ultimo instanti illius temporis immutatur: erit: & ita in illo instanti mediatum, in quo ponebatur mutari, non mutatur; si autem est instans immediatè: quæro quid correspondet ei in tempore nostro? si instans: igitur instans in tempore nostro est immediatè instans: igitur tempus nostrum est discretum; si tempus: igitur in illo instanti non mutatur Angelus instantaneè: quia illud instans per se coexistit parti temporis nostri, in qua, vel cum qua potest continue moveri, vel quiescere.

Propter illud argumentum forte (a), ponit secunda positio, quod inter duo instantia temporis discreti, cadit quasi quies media ipsius Angeli cum parte mediæ temporis nostri. Sed contra illam secundam positionem probatum est supra, quod non est necesse operationem Angeli durate cum instantibus temporis nostri: igitur nec illa duratio erit ratio quietis in termino transitus subitæ; quare etiam necesse erit ponere Angelum post transitum subitum quiescere: non videtur aliqua ratio, fed tantum fuga, ne ponatur tempus nostrum discretum, ex hoc quod ponitur talis transitus ejus in discreto tempore.

Præterea, quod ponit, quod in tali *nunc* potest mutari, ita quod simili habeat plura ubi æqualia, inter quæ non erit ordo, nisi tantum nature, vel imaginatione, non autem duratione; videtur impossibili-

le quod Angelus virtute sua naturali habeat in uno instanti temporis nostri, & sui plura ubi sibi æqualia: & hoc declarat exemplum de gravi, quod ipsi adducunt ad propositum;

Henric quodlibet. 13. quæ 7. *imaginatur (a) tale exemplum ad propositum suum de motu Angeli, ut pote si grave descenderet iuxta aliquem murum; tibi nullam r. sistentiam haberet plus quam in vacuo vel ponatur, quod spatium sit vacuum, & imaginatur tria ubi sibi æqualia, ut A. B. C. non prius inquit erit in A. quam in B. nec in B. quam in C. nisi secundum imaginationem; non autem secundum rem, seu durationem.*

Si enim vacuum posset cedere corpori ibi posito, & ita esset motus in vacuo: non est intelligibile, quod grave esset in pluribus ubi, sibi æqualibus: sed prius in uno ubi, quam in alio ubi; & prius in priori ubi, quam in posteriori, & prius duratione una pars gravis esset in spatio, quam alia pars.

Quod etiam ipse adducit de corpore, quod pertransit infinita ubi in tempore finito, propter hoc, quod non est nisi in potentia in illis ubi, bene concludit, quod tempus Angeli bene potest esse ex partibus finitis ejusdem quantitatis, & tamen in illo tempore potest pertransire spatium infinitum. Sed non concludit, quod in uno instanti possit pertransire tantum spatium, immo concludit oppositum: corpus enim ita pertransit totum spatium in aliquo tempore, quod in alia, & alia parte temporis pertransit aliam, & aliam partem spatii.

Dico ergo ad questionem (b), quod quia pluralitas non est ponenda sine necessitate: & non est necessitas, quare debeat poni tempus discretum mensurans motum Angeli: nam quidquid salvatur per illud tempus discretum, salvabitur etiam per tempus continuum in communi. Sicut enim oportet eos dicere, quod si transeat in instanti, non potest immediate habere alium transitum instantaneum: ita potest post si transeat instantaneè in instanti temporis continui, ita quod licet post illud instans possit habere motum continuum in tempore habito; non tamen potest habere transitum instantaneum immediatum: Non ergo est inconveniens ponere Angelum, in quantum participat conditionem corporalem, id est, quæ potest esse ejusdem rationis aliquo modo in ipso, & etiam in corpore, quod etiam participet mensuram corporis aliquo modo. In quantum autem movetur localiter participat ubi, quod est conditio; & passio corporalis aliquo modo ejusdem rationis in ipso, & in corpore: ergo etiam potest mensurari mensura primi corporis moti.

Et si objicias, quod potest moveri stante Cælo: ergo non oportet motum ejus esse in tempore.

Respondeo, ita stante cælo poterit Petrus (c) post resurrectionem ambulare: & tamen ista ambulatio non fingitur esse in tempore quodam alio a communi tempore nostro continuo. Similiter etiam non existente primo motu cæli, mensuratur quidem quies ipsius cæli po-

potentialiter (sicut dictum est prius) tempore illo, quo motus primus mensuratur, si esset positive, & actualiter, & in illo tempore potentiali potest mensurari motus tunc actualiter existens: ita quod non est necesse mensuratum a motu primi cœli dependere in esse (a), vel essentia a motu illo, sicut fuit motus sub tempore Josue, stante cœlo, quia mensuratio illa quanti per quantum, ut æqualis per æquale, non est per aliquid, a quo mensuratum essentialiter dependeat, sicut est in mensuris quidditativis: sed tantum sufficit, quod motus iste, quando est, possit distincte cognosci secundum quantitatem suam ex cognitione distincta temporis: & hoc vel actualis, vel potentialis, & ita dico, quod quando iste motus cœli non esset, poterit tamen alius motus mensurari per tempus hujus motus primi cœli, in quantum scilicet motus ille posset fieri cum tanta parte illius motus si esset, & tunc est cum tanta parte quietis, cum quanta pars motus posset esse. Hoc ergo supposito, quod non est necesse pro motu ponere Angeli aliam mensuram a tempore communi: cum queritur, utrum possit mutari, vel moveri in instanti? Dico, quod dupliciter potest intelligi mutatio, & potest dici duplex mutatio. Una includens totam realitatem motus; alia præcisè includens realitatem termini motus. Exemplum hujus est, quod istud mutatur ab A. ubi usque ad B. ubi potest intelligi dupliciter: vel quod simul habeat omnia ubi intermedia sicut haberet, si præcisè moveretur successive, vel quod illa mutatione præcisè haberet ultimum ubi, sicut haberet, si illa mutatio esset ultimus terminus motus. Primo modo contradicendo secunda opinioni, non video, qualiter Angelus virtute naturali potest mutari, vel moveri in instanti: quia non videtur, quod virtute sua naturali potest habere plura ubi æqualia. Secundo modo, non videtur inconveniens, quin possit mutari in instanti: quia quod terminus motus non statim inducitur, hoc est ex imperfectione virtutis ipsius moventis, que imperfectio non est attribuenda Angelo, nisi aliqua necessitas appareret: quia dignificanda est natura, quantum apparentia permittit.

Ad argumenta in oppositum dico, quod illa consequentia Philosophi tenet ex hoc, quod in antecedente includitur mensuram esse divisibilem per hoc, quod ponitur in eo. In quacunque autem mensura divisibili (b) potest aliqua virtus aliquid facere, major potest facere in minori: sed in isto antecedente, Angelus mutatur in indivisibili, non includitur esse divisibile. Hæc igitur consequentia: movetur in instanti, igitur aliquid potest moveri in minori, tenet non tantum ex propositionibus veris, & ex natura rei: sed ex aliqua falsa, que includitur in illo antecedente, est enim ista vera ex natura rei, quidquid causat aliqua virtus in mensura divisibili, major virtus potest hoc causare in mensura minori: sed minor, que est ibi sumenda sub illa majori vera, non est vera ex natura rei, sed tuncum ex hypothesi ista, videlicet, quod motus est in instanti: si autem dicatur Angelum mutari

in

a Cap. 10. b 8. Physic. l. cap. 56. c 2. de gen. l. 1. cap. 19.

in instanti, & per hoc debeat inferri, quod aliqua virtus debeat ipsum mutari in minori, quam in instanti: minor, quæ ibi erit sumenda sub majori illa vera, non est vera ex natura rei, non ex hypothesi: & ideo consequentia non valet. Et ex hoc patet, quod multa consequentia entymematica tenent non præcisè virtute alicujus vere subintellectæ: sed quandoque virtute alicujus falsæ subintellectæ: dum tamen includatur in antecedente.

QUÆSTIO DUODECIMA.

Verum Angelus possit moveri ab extremo in extremum, non transiundo per medium?

Quod sic, quia aut Angelus est in loco per operationem secundum aliquos: & videtur planum, quod potest operari in extremo, non operando in medio, aut saltem impedit voluntatis movet se, licet per aliquam aliam potentiam executionem: & potest velle esse in extremo, non volendo esse in medio, sicut potest intelligere extremum non intelligendo medium.

Pæterea, Corpus Christi prius existens in Cælo empyreo, nunc est in altari, & non transiit medium: igitur hoc poterit Angelus, cum corpus magis videatur sequi leges loci, quam spiritus. Contra (a), nulla pars temporis potest transire a futuro in præteritum, nisi per præsens: sed ita videtur essentialis ordo inter partes loci, sicut inter partes temporis: ergo non potest localiter pertransire ab extremo ad extremum, nisi per medium.

Hic dicunt quidam (b), quod extrema possunt intelligi aut duo ubi distantia, inter que est aliquid medium, quod nihil est extremorum; aut duo immediata, inter que sunt media, quorum tamen quodlibet est aliquid extremorum. Loquendo de mediis secundo modo, & de motu continuo Angeli; dico, quod non potest transire continue ab uno extremo in extremum, nisi pertransiundo per tale medium, quod est aliquid utriusque extremi, quia tale medium est ratio continuata inter extrema; transita, sicut apparet ex distinctione mediæ, 10. Metaph. (c). Similiter etiam videtur esse, loquendo de motu continuo, & de medio alio modo dicto: quia si movetur continue, non est totaliter in altero termino: ergo partim in uno, & partim in alio, vel sit medio inter ambo: non enim potest dici, ut videretur, quod sit in parte unius extremi, & in parte alterius, & tamen quod omnino non sit in tali medio inter talia extrema: quia tunc esset in duobus locis discontinuis, & nullo modo in loco medio: quod non videtur sibi posse competere virtute naturali. Si autem loquamur de motu indivisibili, dico, quod in tali motu potest pertransire ab extremo in extremum immediate, non transiundo per medium, quod est aliquid utriusque extremi:

a 4. 6. & 8. Physic. b D. Th. 1. p. quæ. 53. art. 2. & quæ. 54. art. 5. c Text. 22. & 5. Physic. 1. 22.

tremi: immo necesse est hoc, quia si transiret per tale medium continue transiret, & non instantaneum. Sed de extremis distantibus habentibus medium distinctum ab extremis est dubitatio. Patet quidem ex questione precedente, quod non potest se facere in extremo distante mutatione incidente totam realitatem motus. Sed nunquid potest facere se in extremo distante mutatione precise incidente realitatem termini motus? Ita quod in aliquo toto tempore sit in *A. ubi*: Se in instanti illius temporis precise sit in *B. ubi*: Ita quod *B. ubi*, sit distans ab *A. ubi* per aliquod medium, in quo medio nunquam fuerit, nec in tempore, nec in instanti? Videtur probabiliter, quod non: quia ordo prefixus a superiori agente videtur esse necessarius cuiuscunque agentis interiori, quando habet actionem precise circa talia ordinata. Exemplum, ordo formatum naturalium succedentium sibi in generatione naturali, determinatus est ab influente naturam, & ideo respectu cuiuscunque agentis naturalis est necessarius: Ita quod nullum agens naturale potest facere immediate acetum ex vino; ergo cum a Deo sit prefixus ordo partium principalium universi cuilibet agenti creato, & virtuti create (*a*); videtur isto ordo esse necessarius, quando debet agere circa ista, quorum est talis ordo: igitur Angelus quando movet se per corpora, quorum est talis ordo, non potest abique omni ordine de quocunque *ubi* facere se in quocunque *ubi* immediate. Tunc enim nulla distantia videretur impedire distinctionem eius.

Et si objicias; quod ista ratio concludit contra illud membrum de mediis, que sunt aliquid extremorum; dico quod non, quia petranscundo ab uno *ubi* immediate ad aliud *ubi* in instanti, habet omnia ista *ubi*, ordine quodam nature, inter que est ordo potentialis ex natura rei: sed non oportet, quod habeat ex ordine durationis. Si autem transeat a distant in distant absque ordine omnimodo, tunc nec ordine nature, nec durationis habet illa, quorum est ordo naturalis; circa que tamen operatur presupponens necessario ordinem eorum.

Ad primum argumentum dico, quod malus Angelus potest inordinate velle: nec oportet quod possit illud, quod sic vult. Bonus tamen ordinate vult, & ita si vult statim esse in aliquo *ubi*, non tamen vult, quod potentia propria sit ibi, quia hoc esse inordinate velle, si talis potentia sibi non conveniat: sed vult, quod potentia Dei statim sit ibi, & verisimile est, quod Deus condescendat voluntati ejus, si talis sit, ut faciat eum in tali *ubi*, nunquam autem potentia propria potest alieni esse; nisi eo modo, quo convenit suæ potentie. Ad secundum dico, quod Corpus Christi potentia infinita sit præsens in altari, de quo in 4. lib. ista autem potentia quocunque medium inter extrema (*b*) potest habere pro non medio, & ordinem pro non ordine: quia est supra illum ordinem præhens illum, & non habens illum pro prefixo: non sic virtus Angeli limita-

ta. Ex isto apparet ad illud de Sensu, & sensato, quod prætermisum fuit in *quest. 1. de motu Angeli (a)* Non enim est inconveniens aliquam alterationem totam esse simul, quando scilicet agens respiciat totum passum tanquam terminum indivisibilem; & formam secundum ultimum gradum, secundum quem ipsam totam inducit tanquam indivisibilem; tunc mutatione indivisibili inducitur forma perfecte in passu divisibili: sed secundum talem formam non est motus, sed tantum mutatio motus, vel forte plures habet; aut ordine durationis, aut statuta, sicut ipse dicit ibi, quod si magnum fuerit habitum ab habito patitur. Quod potest intelligi dupliciter. Uno modo, quod pars posterior a parte priori naturaliter perfecta perficitur naturaliter posterius, ita tamen quod sit tantum ordo nature inter mutationem prioris partis, & posterioris. Alio modo; quod sit ordo durationis, puta quod pars posterior movetur successively a parte prioris, & tamen pars prior mutata est precise ab ipso agente extrinseco. Iste secundus modus videtur improbabilius, nisi poneretur partem priorem transmutatam, esse perfectionem transmutante ipsam: & ita non potest subito transmutare, sicut ipsa transmutatur subito ab agente extrinseco. Dicit ergo ibi Philosophus, quod non est ita multiplicatio soni sicut in lumine: quia multiplicatio soni, que fit cum motu locali, necessario est successiva: non sic illa multiplicatio luminis, & ita non repugnat simulatas ratione alterationis, sicut ratione loci mutationis: & hoc comparando ad virtutem naturalem. Sed tamen nunquam est in alterationibus, que sunt motus, prima mutatio, sicut nec in loci mutationibus: quia ubi est mutatio instantanea, ibi illa non est mutatio initium motum, nec etiam universaliter, ubi motus sequitur, si est dare immutationem, que est terminus quietis præcedentis, ubi autem quies sequitur mutatione immediate propter perfectionem virtutis ipsius agentis, ibi non est immutatio terminans quietem præcedentem.

ECCE OSTENSUM, &c.

DISTIN. TERTIA.

Circa Distinctionem tertiam; & quarto primo de distinctione personali in Angelis, & ad videndum de ista distinctione in eis, primo querendum de distinctione individuali in substantiis materialibus, de qua sicut diversi diversimode dicunt: ita consequenter dicunt de pluralitate individuorum in eadem specie Angelica, & etiam de inpluralitate, & ut videatur de diversis opinionibus distincte, que queruntur de distinctione, vel indistinctione substantie materialis, quero sigillatim de diversis modis ponendi. Queritur ergo primo